THE BOOK WAS DRENCHED

UNIVERSAL
LIBRARY
OU_172943
UNIVERSAL
LIBRARY

GEORGII WILHELMI FREYTAGII

LEXICON ARABICO-LATINUM

PRAESERTIM

EX

DJEUHARII FIRUZABADIIQUE ET ALIORUM ARABUM

OPERIBUS

ADHIBITIS GOLII QUOQUE ET ALIORUM LIBRIS

CONFECTUM

ACCEDIT

INDEX VOCUM LATINARUM LOCUPLETISSIMUS.

TOMUS PRIMUS.

ا — ت

HALIS SAXONUM

APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM

MDCCCXXX

1830

TYPIS ARABICIS ACADEMIAE REGIAE BEROLINENSIS
IMPRESSUM HALIS IN OFFICINA GEBAUERIA

FRIDERICO WILHELMO III.

REGI AC DOMINO AUGUSTISSIMO POTENTISSIMO

PATRI PATRIAE

LITTERARUM ARTIUMQUE OMNIUM INGENUARUM TUTORI

FAUTORI LIBERALISSIMO

HOSCE

STUDIORUM SUORUM FRUCTUS

SUMMA QUA PAR EST GRATI

ET OBSTRICTI ANIMI SUBMISSIONE

D D D

REGIAE MAIESTATIS

CULTOR DEVOTISSIMUS

GEORGIUS WILHELMUS FREYTAG

LITTERARUM ARABICARUM STUDIOSIS FAUTORIBUS PATRONIS

S. P. D.

G. W. FREYTAG.

Cogitanti mihi saepenumero et consideranti, quonam potissimum auxilio linguae Arabicae studium iuvarem, nil mihi aut maius aut utilius visum est, quam edere lexicon Arabicum. Multa enim quum sint huius linguae subsidia, tum illud imprimis necessarium, ut ad verborum sensus discentibus patefiat aditus. Quo subsidio quamquam hactenus non omnino carumus, tamen lexica Arabica hoc quidem tempore sunt tam rara, ut etiam magnos si quis sumtus ponere velit, eorum comparatio habeat magnam difficultatem. Ego vero non is eram, qui vel laudis studio abreptus, vel nunio mei amore occaecatus tanta tamque difficili in re leve caperem consilium Videram huius rei amplitudinem et horrueram. Multum igitur et diu quum haesitassem, urgente usus necessitate, adhortantibusque ad opus suscipiendum amicis, eo tandem perductus sum, ut cunctatione abiecta ad ipsam rem accederem. Neque tamen quum opus aggressus essem, curis anxius liber erat animus, verebar enim, ne aut tempore exclusus, quod pro rei magnitudine nimis angustum praestituerat bibliopola, opus non absolverem, aut, si absolvissem, ob nimiam in perficiendo festinationem incurrerem in reprehensiones virorum doctorum, qui omnibus numeris perfectum si propter nimis angustum temporis spatium edi non possit, totum omittendum suadent. Nec vero vituperandus mihi videtur vir ille honestissimus de evulgando hoc opere meritus, quod me tum ad festinandum impulerit, tum ab opere nimis extendendo revocaverit. Nonne timendum enim, ne, si nimis accrevisset liber, pauci tantum ob sumtus auctos emtores reperirentur, non, si tardior moras facerem, ne alius quis simile quid edendo praeveniret? Neque vero vana prorsus fuit haec cautio. Nam quum statim post laboris suscepti initium me viseret vir summe venerandus Leand van Ess, certiorem me fecit, se in animo habere, Golii lexicon significationibus, quae in Muhitskii opere legerentur, auctum iterum edere. Ac primum quidem virum quum, argumentis a me prolatis, a re litteris vix utili, editori mei operis nocua revocari non posse viderem, acquiescendum putabam sperans fore, ut difficultatibus ab incepto deterreretur; sed quum virum quendam mihi amicissimum de iuvene, cui corrigendi operis negotium mandaretur, litteris interrogasset, bibliopolae, qui mei operis edendi curam susceperat, totam rem commisi. Aliorum autem nomina, qui hac in re elaboraturi aut difficultatibus impediti aut de nostro consilio certiores facti destiterunt, recensere nil interest. Qui autem propter nimis breve temporis spatium concessum omnino rem omittendam censent, iis respondendum puto, melius esse in re necessaria, qualis est nostris temporibus lexici Arabici editio, opus edi omnibus quidem numeris non absolutum, cuius tamen ope studia Arabica et inchoare et persequi possint iuvenes, quam re omissa studium omne et amorem harum litte-

rarum exstingui. Per totum autem mihi concessum temporis spatium semper deditus isti operi perficiendo nihil cupiebam, nisi ut non nimis a virorum doctorum desideriis abesset, caeterisque occupationibus otii tantum suppeditabam, quantum ad animi relaxationem necessarium videbatur.

Quo autem plures sunt ii, qui nec amplitudinis neque difficultatis eiusmodi operis habeant cognitionem, maiorem fortasse in opere nostro tum verborum copiam tum significationum fidem exspectantes, eo magis necessarium videtur paucis exponere, tum quod esse debeat lexici institutum, tum qui sint nostri operis et fines et ratio.

Primum quidem elaborandum, ut ea verborum copia, qua ipsa lingua gaudet, lexici opere contineatur. At quis non videt huius rei magnitudinem praesertim in lingua Arabica? Ea enim lingua non solum ditissima est omnium, sed scriptores etiam protulit paene innumerabiles, qui quum sint diversi et aetate et ingenio et a nostris moribus maxime alieni, non possunt quin sint saepius obscuri. Quare nemo iustus huiusque rei peritus a me quidem omnium totius linguae vocum aut collectionem aut explicationem postulaverit. Qui enim fieri potuit, ut tantam in toto terrarum orbe scriptorum dispersorum copiam perlegerem, quorum etiam nomina tantum absit, ut sint ab Arabibus hanc rem tractantibus recensita, ut magnam partem ipsis sint incognita. Aut quae mihi potuit esse tanta doctrina, ut, etiamsi breve vitae spatium illis perlegendis sufficeret, eorum etiam scriptorum opera recte intelligerem, qui tractarunt disciplinas mihi plane obscuras. Equidem tantum mihi non arrogo. Limitibus igitur arctioribus opus nostrum includi necesse erat, et aequis reique peritis iudicibus me satisfacturum putabam, si ea potissimum verba in opere meo explicassem, quae intelligendis scriptoribus et primae et mediae aetatis sufficerent, quibus iisdem usi esse videntur in lexicis conficiendis Djeuharius et post eum vivens Firuzabadius. Horum igitur operibus iterum iterumque perlustratis, quidquid scitu dignum esset, in mei operis ordinem transtuli, nihil videbatur enim tam consilio nostro aptum, tam conveniens ad usum iuventutis. Simulque non parvam scholiorum veterum copiam aliosque auctores multos magno cum studio pertractavi, plura a Reiskio et Lac. Schultensio ad Golii marginem adscripta in usum meum converti, ut si plures meo opere tum voces tum earum explicationes, quam et Djeuharii et Firuzabadii contineri contendam, nemo hoc arrogantius a me dictum existimaverit. Neque vero cuiusque artis voces proprias, quas dicunt technicas, quarum in lingua Arabica tanta reperitur copia, ut integri voluminis spatium impleat, neglexi, magnumque numerum tum ex grammatica, tum ex arte metrica et rhetorica, tum ex aliis in opus inserui. Sed quum ne ipsis quidem Arabibus doctissimis nota sint earum rerum vocabula, quae cuique arti atque scientiae propria his tantum accommodatum habent sensum, nemo a me earum rerum vocabula explicata postulaverit, quarum doctrina non sum imbutus. Arabes enim quamquam non ipsi multas disciplinas atque artes invenerunt, tamen ab aliis inventas amplificarunt et exornarunt, et vocabulis propriis sive, ut ita dicam, technicis, ut vocum significationes, quae artes aut litteras spectant, accuratius intelligerentur, efficere studuerunt. Istas enim Arabibus usitatas voces ut recte intelligamus, duo requiruntur, unum ut linguam Arabicam bene calleamus, alterum ut simus in iis disciplinis artibusque versati, quarum propriae sunt hae voces. Hoc autem maius quiddam esse, quam ut ab uno viro brevi vitae spatio praestari possit, quis est qui neget? Quanta enim est earum artium multitudo, quas et coluerunt Arabes et perfecerunt? Acquiescendum igitur est in votis, ut quod ab uno viro non peragatur, id plures viribus coniunctis perficiant; magno enim linguae Arabicae, imo multarum disciplinarum atque artium studio esset adiumento, si quae variarum et disciplinarum et artium voces propriae in multis libris dispersae sunt, in lexico collectae et explicatae repetiren-

tur. Sed ut huic desiderio satisfiat, legendi sunt cuiusque artis scriptores ab iis, qui harum rerum periti sunt eo quidem consilio, ut vocabula propria sive, ut ita dicam, technica colligantur et explicentur.

Iam antea dictum, me non id curasse, ut ex omnibus cuiuscumque generis atque aetatis scriptoribus tum verborum tum significationum copiam colligerem, primae me et mediae aetatis potissimum habuisse rationem. Quapropter eas significationes, quas scriptores Persici et Turcici verbis Arabicis subiiciunt, inferie supersedi, voces enim Arabicae, quas vel Persae vel Turcae adoptarunt, tam multum abest, ut in lingua Arabica usitatas conservarint significationes, ut haud raro pro varia utriusque linguae ratione mutatas acceperint. Tu vero, qui lexicon Arabicum omnimodo significationibus augere suades, non videris animadvertere, istae non mere Arabicae significationes quam facile non solum tirones, sed etiam doctos in errorem ducant. Neque enim mihi alia causa, cur ex libris male scriptis, quales sunt versiones tam veteris quam novi testamenti, aut nunquam aut perraro vel formas vel significationes adnotaverim, ne plus noxae quam utilitatis adferre videtur legentibus. Quae vero voces peregrinae aut antiquissimis temporibus, ipse enim poeta celeberrimus Alscha Persicas admittere voces non dubitavit, ab Arabibus in linguam receptae, aut a bonis scriptoris aetatis scriptoribus, qualem nominare placet Ebn-Arabschahum, adhibitae leguntur, iis si in libro locus daretur, operae pretium fore putabam. Voces Geographicae nominaque clarorum virorum quamvis sint interpretandis scriptoribus adminiculo, tamen extra operis fines posita habui. Eorum enim in libris Arabicis tanta exstat multitudo, ut nec dignioribus quidem concedi possit locus et horum sit difficilis delectus. Nonnulla tamen, quae propter praecipuam dignitatem non omittenda videbantur, in librum meum recepi.

Quid quod nonnullis fortasse non bene factum videtur, quod in verbis constituendi modum indicavi, non eundem semper, ut fieri solet, exemplis et dilucidavi et exornavi. Quae res quamquam maximam in iis lexicis, quae partim scribendo partim loquendo adhibentur, habeat utilitatem, tamen omnino non necessaria videtur in iis, quae nihilo paene nisi scriptoribus intelligendis inserviunt. Accedit, quod lexici Arabici tum verborum tum significationum ambitu completi nomine non omni ratione indigni neque molesti nec pretium parvum esse potest. Multis autem scriptorum locis adductis et explicatis quum ut molestia ita pretium mirum in modum augeatur, fieri non potest, ut emtorum numerus non deminuatur, et equidem non video, quomodo, qui tali in libro edendo sumtus posuerit, detrimento liberetur. Quod detrimentum quo certius caveret, qui operis vulgandi curam susceperat vir honestus, ut statutum foliorum numerum non excederet, conditionem tulerat. Nec vero ego satis mirari queo, quod in duplo, quam constitutum erat, maiore foliorum numero, ea enim fuit viri humanitas, nec edendi operis difficultatem neque vituperationis causam viderit, quae res ut mea ita omnium, quibus cordi hae litterae sunt, laude et gratia digna habenda. Ego vero reprehensionem doctorum non vereor, quod, praetermissis minus necessariis, eos tantum locos adnotaverim, qui aut qua pro linguae Arabicae ratione multum a nostra tum cogitandi tum loquendi modo abhorrebant, aut aliam ob causam omittendi non erant.

Alterum autem est, in quo lexici bonitas cernitur, ut sint significationes verborum extra omnem dubitationem positae. Quae enim in interpretandis scriptoribus veri sensus fides esse potest, nisi verborum significationes sint probatae? Atque in hoc pravitatis genere multiplicis erroris fons latet, qui quo difficilior est lingua, eo latius manat. Haec igitur virtus ut in lexico meo esset, duo mihi erant videnda, unum ut bonis tantum e fontibus hauirem, alterum ut multam in significationibus deligendis cautionem adhiberem. Primum de fontibus lexici mei dicam.

Omnes inter libros, quibus usus sum, primum occupant locum Djeuhárii et Firuzabadii opera, quorum ille maiori doctrinae copia, adductis saepius poetarum versibus et significationum auctoribus nominatis opus suum exornavit, hic maiori verborum atque significationum multitudine praestare videtur. In utroque lexici mei fundamentum posui. Licet enim rarissime in Djeuharii opere reperiatur, quod non idem apud Firuzabadium legatur, haud raro tamen ex unius verbis lux quaedam oritur alteri aut dubium removetur. Ipsius quoque Djeuharii verbis interdum vitium a Firuzabadio aut eius editore commissum detegitur. Ut ne vero quis ex Golii opere verborum significationes, easdem quum apud illum legerit, sumsisse me opinetur, non id quidem mihi videtur silentio praetereundum, quod de omnibus Golii, quae maximam partem ex Djeuharii opere collegerit, non nimium confidens Firuzabadii opus inspexerim, collato quoque Djeuharii opere. At vero quum de lexico edendo per litteras viros doctos certiores facerem, hoc mihi erat consilium, ut, in Golii opere mei fundamento posito, vitiosa corrigerem, nova adderem; id enim si fecissem, non parum me in elaborando adiumenti habiturum sperabam. Quae spes multum me fefellit, multa enim quum essent aut addenda aut corrigenda, multa deinde in meliorem ordinem redigenda, tantam mihi res creavit molestiam, ut quod non potius caeteris neglectis, ex Djeuharii Firuzabadiique libris plane nova operis fundamenta jecissem, maxime dolerem. Erat enim, ne negligentiae aut inscitiae vitia e Golii libro in meum irreperent, multum cavendum, ideoque in singulis vocibus denuo adeundus et Firuzabadius et Djeuharius atque retractandus, quo labor meus mirum augebatur in modum. Nec vero illa, quae Golius ex aliis quam Djeuharii aut Firuzabadii operibus adnotaverat, quamquam in ipsa, quia libri ad manus non erant, inquiri non poterat, omnino omittenda putavi et postea, quum, aliqua libri parte typis impressa, pluribus ex hisce aut vitia aut Persicae linguae proprias inesse significationes, cognovissem, fontis nomen, quod prius neglectum erat, addendum censui. Quae etiam in Golii exemplaribus tum Iac. Schultensii tum Iac. Reiskii et Bergii professoris olim Duisburgensis ad marginem adscripta, in rem meam converti, tacere non debeo. Exemplar Iac. Schultensii, viri in hisce litteris versatissimi, in bibliotheca Lugduni Batavorum asservatum, quae erat viri singularis doctrina atque diligentia, multis tum de rebus tum de verborum significationibus, quae potissimum ex libris manuscriptis sumserat, adnotatis auctum erat et ornatum. Alterum quod clarissimi Reiskii fuisse dixi, in bibliotheca Regia Havniae est. Multa cum laude quum in vita Reiskii de isto exemplari praedicasset auctor, tantum me eius potiundi desiderium implevit, ut primum intercedente legato Regio per litteras in nostra Musarum sede utendi veniam rogarem, tum spe frustrata Havniam aditurus iter susciperem. Res ipsa exspectationem fefellit, nimias enim laudes et rem multum superantes esse intellexi. Inerant quidem plura ad marginem scripta, tum scriptorum loci, tum verborum significationes; sed quae erant a viro doctissimo ex codicibus Lugdunensibus desumta, ea maximam partem, quum Lugduni versarer, a me observata erant. Tertius denique Golius Bergii, qui Bonnae in bibliotheca Regia est, multis ad marginem scriptis auctorum iam editorum locis, auctus est, rarius codicum manuscriptorum. Qui autem loci quum significationes aut usu loquendi aut Djeuharii Firuzabadiique auctoritate certissimas nullaeque dubitationi obnoxias spectent, fieri vix potest, ut inde magnum quis capiat commodum. Ego vero viri tantum abest, ut laudes minuere studeam, ut effici non possit, quin eum tam venerer, quam magni aestimem. Alios tamen libros adhibui praeter eos, quos modo nominavi Arabum lexicographos et Ibn-Doraidi opus, quod ad lexicographiam pertinet, quum Lugduni versarer, pervolvi; neque enim mihi tantum, ut totum perlegerem, otium concessum erat. Est maximae auctoritatis liber, quo serioris aevi scriptores multum usi sunt. „Duos

praeterea libros haud spernendos ibidem magna cum diligentia pertractavi, unum inscriptum كتاب الأضداد „Liber contrariorum", auctore mihi incognito, in quo vocum significationes in usu loquendi contrariae sibi adnotatae sunt, alterum cuius auctor Abu-Manzur Mauhub ben-Ahmed ben-Mohammed ben-Alchadr, nisi fallor, sexto post Muhammedem saeculo vixit. Collegit auctor et explicavit voces peregrinas in linguam Arabicam receptas. Giggeii me opus omnino neglexisse, Castelli parum tantum in usum adhibuisse, nemo harum rerum peritus vituperabit, quum eorum unus ex Firuzabadii opere librum suum composuerit, alter his quaedam, at non bona semper atque fide digna, addiderit, quid quaeso, potest esse utilitatis in conferendis hisce libris ei, qui tam Djeuharii quam Firuzabadii opus non sine studio atque diligentia pertractavit. Nec mihi erat alia causa, cur plurium, quae ad manus habebam, lexicorum Arabico-Persicorum nullam prorsus rationem habuerim, timebam enim, ne, quas Persae pro ingenii et linguae suae ratione mutarint significationes, cum mere Arabicis commiscerem.

Magno quoque mihi erant adiumento carminum scholia vetera, tum in significationibus accuratius definiendis atque intelligendis, tum in novis inveniendis, inest enim ipsius poetae verbis maximum contra errorem legenti subsidium. Quot autem ex hisce potiundi mihi erat facultas, tot aut tota perlegi aut saltem pervolvi. Quorum mihi haec potissimum mentione digna videntur. Hamasae carminum scholia, tum Hudseilitarum, Djeririi, Motenabbii, Abu l'Ahlae, Ohmari ben-Faredhi, Abu-Tammami, septem carminum, quibus Moallakat nomen est, nec non Meidanii proverbiorum atque Hariirii consessuum. In vocabulis propriis sive technicis definiendis usus sum libro تعريفات „Explicationes" inscripto, de rebus, quae ad naturam spectant, qualia sunt plantarum nomina et animalium, Domairii Kazviniique opera inspexi itemque Forskâlium consului.

Me porro ex aliis varii argumenti operibus tum manuscriptis tum typis editis plura in usum meum convertisse, nemo non videbit, qui librum evolverit. Ex hisce nominare placet gravissima illa Ebn-Arabschahi et de Sacyi opera omnia, librum Tochfat-Ichwan Alzafa, historicorum, medicorum opera quaedam aliaque, quorum si nomina loco suo non semper adnotaverim, id, ne rebus utilioribus, speciem doctrinae inutilem non amans, locum eriperem, factum esse censeatis.

Enumeratis libri mei fontibus, restat, ut doceam, quae fuerit utendi ratio. Magna est in significationibus definiendis diligentia adhibenda, cavendum ne specie quadam veri in errorem inducamur. Quae diligentia quum sit in omni scriptore interpretando necessaria, maior tamen esse debet in scriptore Arabico; ut enim quisque est difficillimus intellectu, ita maxime opera danda, ut ad sensum scriptoris penetremus, id quod nonnisi diligentia fit et cautione. Quod quum ad librum nostrum tum recte iudicandum tum adhibendum multum referat et aeque utile sit viris doctis eundem aut amplificaturis aut correcturis, diligentius exponam.

In lexicis et scholiis unam vocem magis usitata altera explicari mos est. Quae res ob significationum miram copiam, magnam non raro exhibet molestiam, quum ex multis eam, quae conveniat voci, eligere difficile sit. In scholiis magnum legenti afferunt scriptoris verba adiumentum, quod non item fit in lexicis, sunt enim nuda lexicographi verba, rarius additur scriptoris locus, ex quo significatio hausta. Id quod a Firuzabadio semper paene neglectum observamus, a Djeuhario interdum factum esse videmus. Adeunda igitur, ut vocis explicationis gratia adscriptae sensum intelligamus, lexicographorum Arabicorum opera, temerarium enim id esset, si quis in tanta tum verborum tum significationum multitudine soli memoriae confidere vellet. Quod vero quominus in singulis semper fiat, nimia, quam adfert, impedit molestia. Evolvendus

igitur aut Castelli aut Golii liber. Qui quum sint errori interdum obnoxii, fit, ut inscii eorum errores in nostrum transferamus. Maxima quidem, hanc ut rem evitarem, adhibita est cura atque diligentia, in quibus dubiis et incertis ipsos semper adii scriptores Arabicos, non pauca sunt correcta. Quae res quo magis appareat legentibus, pauca ex multis eligere liceat exempla.

Golius sub radice جدل sensum vocis جديلة non bene intellexit, et duplex in interpretandis Kamusi verbis vitium commisit, unum, quod vocem الحَيْض enunciavit, alterum, quod eandem ab antecedentibus, quibuscum coniungenda erat, separavit. Quae sunt Kamusi verba الجديلة ..... وشبه انثى من ادم ما يائزر به الصبيان والحُمّص, eorum hic est sensus: „*Vox* جديلة *ei, cui* انثى *nomen, similis est res, corio confecta, qua pueri et menstrua patientes tanquam cingulo utuntur.*" Ille vero quum vocem falso enunciatam a praecedentibus separaret, factum est, ut *menstruorum* significationem eidem tribueret. Tum quoque Golius voci اجرد significationem *solus, solitarius obivit peregrinationem etc.* inesse putavit; sed non est dubium, quin, quae in Kamuso leguntur verba ولم يغزن والحج افرده, ad vocem جَرَّد pertineant. Ut vero in forma verbi, ad quam Kamusi verba referantur, erravit, ita in vocis significatione definienda rectum non vidit. Sub voce فرد nil, quo illa vox explicaretur, inveni; sub voce قرن haec tantum leguntur وقرن بين الحج والعمرة قرانا كافرن „*Simul rei* حج *et* عمرة *appellatae officiis satisfecit, nomen actionis est* قران, *minus vero probanda est forma verbi quarta eodem sensu adhibita.*" In his aeque et in iis, quae ex Meidanio Golius sub voce مفرد attulit, erat suspicionis causa. Apud Haririum in scholiis p. 523 recta huius vocis explicatio legitur. Ex Djeuharii libro Golius vocibus ذو حرز *duri, crassi* significationem tribuit; sed in nostro, quo usi sumus, huius operis exemplari omnino desunt, in Kamuso ذو جراز leguntur. In explicanda voce جريف Golius voce Persica بيشه seductus fuit, non enim videtur *artis*, sed *densi et perplexi* significatio tribuenda, tum in Djeuharii opere frustra quaesivi. At vocem اجفا interpretatus est Golius verbis *secutus sectatusve fuit pecora nec pascere sivit.* Aut hic error ex vitiosa Djeuharii lectione ortus, aut quoniam Golius vocem اتبع altera cum voce اتعب permutavit; legitur enim in meo Djeuharii codice قال ابو زيد اجفيت الماشية فهي مجفاة اذا اتعبتها ولم تدعها تاكل „*Refert Abu-Saidus, verba* اجفيت الماشية *significare: Fatigasti iumentum moram vorandi non concedens. Tale iumentum appellari* مجفاة". Tum Giggeius et Castellus Firuzabadii verba والزبون الغبي والحريف مولد non bene intellexerunt. Vitium inesse iam vidit vir illust. Silv. de Sacy (*Chrest. Arab. T. III. p.* 186 *ed. alt.*), quem tanquam magistrum pio veneror animo, neglexit autem adnotare pro voce الحريف legendum esse الحريف, cui opinioni favet locus in Kamuso Turcico وزبون شاشقين وغبى وخريف ونادان ادمه دمنور ويو مولد در بقال رحل زبون اى غبى وخريف.

Insunt quoque lexicographorum libris vitia quaedam aut ab auctoribus ipsis aut a scribis iisque, qui iis typis imprimendis curam gerebant, commissa, quae quo sunt leviora atque occultiora, eo difficilius deteguntur, praesertim, quum in huiusmodi libris vitiorum suspicio perraro in mentem incurrat. Quid, quod uno tantum Kamusi exemplari, editione Calcuttensi usus, conferendi codicis copia carebam? Magnam inde molestiam perpessus quum essem, in benignitate viri clarissimi Wilkenii bibliothecae Regiae Berolini praefecti solatium mihi exstitit, misit enim ad me Bonnam Kamusi exemplar Turcicum et quantum saepius in locis dubiis inspicienti mihi profuit, tantum viro illi debeo. Djeuharii exemplar ex bibliotheca Gothana, cuius usus amicitia atque benignitate doctissimi Moelleri, viri de nostris studiis optime meriti, concessus mihi fuit. Septem multum diversis partibus constat, non omnibus aeque bonis nec non destitutis maximam par-

tem vocabulis, ut facere non possem, quin saepius Djeuharium Turcicum, qui est in Academiae nostrae bibliotheca, adirem. Ne vero quis, in Kamuso Calcuttensi reperiri vitia, temere dictum a me existimet, id-circo exemplis rem illustrabo adparebitque magnam in utendo adhibendam esse et diligentiam et cautionem.

„Vox مجدل explicata est voce altera مجادل, quae *brevem*, *parvum* designat; Golius vero *arcis* قصر significationem tribuit voci Djeuharii auctoritatem secutus, cui ut accederem movit me tum poetae Alcomaiti versus:

كسوت العلافيات هوجا كانها مجادل شد الراصفون احتدالها

„*Sellas Ihlafiticas imposui camelis celeribus, quae arcibus firmiter ab aedificatoribus constructis similes sunt,*"

tum alter ab eodem Djeuhario adductus poetae Alachschae·

في مجدل شُدّد بيناه نزل عنه طفر الطائر

„*In arce ita firmiter aedificata, ut aves in eius muros ungues immittere non possint.*"

Vocis مَجْدُولِيّ in Kamuso scriptionem esse falsam probat versus a Djeuhario adscriptus:

ألست مَجْدُولٍ على الرحل دائب فما لك الا ما رزقت نصيب

„*Nonne es abruptus, super sella lassus? Tum non est tibi portio, nisi quae dono datur.*"

Sub radice حجر voces واحتجر به explicatae sunt verbis الحجأ واسمعاد, ego vero non dubito, quin sit استعاذ legendum. — Vocabulis حسف et حسيف explicandi causa adposita sunt verba حوش للحبا, rectum est حَرْش. Sub eadem radice ex verbis كفرح احن وحسكه, unum احن in احن mutandum est. Quae sub radice حطم legitur vox حاطوم explicata altera voce حاصوم, ea voce عاصوم explicetur. Vox تَحَزَّفَ illustrata est altera تَنَقَّدَ, recta autem est scriptio تَنَقَّدَ. Vox حلحب cum derivatis mutetur in حلحب. Mutandum quoque المُخْمِّر, quod post حاكل est, in المُخَبِّن, et sic in Kamuso Turcico legitur. Vocem حلحبه reddidit auctor verbis محص بالسمن, quis autem est, qui non legat محص بالسمن? Vocem حلق explicatam invenimus voce سكل, cuius rectior scribendi modus est نكل. Sub radice حمك pro voce اللاء *viles*, *contemti* scribatur اللاء *viae duces*. Tum Kamusi auctor vocem حَنَمَة voce نَوْمَة explicavit, qui scribendi modus et a Golio in appendice indicatus est, nihilominus legatur بومة. Huiusmodi vitia ut propter usum scripturae Cuficae orta videntur, ita quoque, ut opinor, eadem de causa, voces احنزل et احمزك, adnotante Firuzabadio, permutantur. Post vocem خَرِبٌ pro voce مُجَفٌّ legatur لحف. Sub radice خرن sunt, ni fallor, verba او اذا بلغ سنه اشهر in locum falsum translata. Sub radice خرم tria sunt corrigenda, unum خَرَزٌ, pro quo خُرُزٌ legatur, tum non recta videntur verba والاحرم ومنقطع العين, quum desideretur rectus coniungendi modus, denique pro محرم السبل legatur محرم السبف. Sunt verba وبالتحريك حجر كالدوم

والحزام كشداد بايعه sub radice حزم, quibus nisi inest vitium, non bene locata ea sunt, non enim potest referri vox بايعه ad بحجر الدوم; referatur potius ad funes, ut qui eos vendat, حزام nomen gerat. — Sub radice خصف linea quarta والخزور vitiose scriptum est pro والخرور. Voces ايام الخافقات sub radice خفق explicavit auctor verbis ايام تناصرت بها النجوم, pro quibus legatur necesse est ايام تناثرت بها النجوم. Pagina 1157 linea decima sub radice خلف sunt verba اخر طعمه وبالفتح من الطعام ج كصُرَد وذِئاب; legendum autem videtur اخرّ طعمه ج كصرد وبالفتح ذئاب; pluralis enim خُلْف pertinet ad خُلْعة. In explicanda voce خيلة vox المنهبة scripta est pro المنهبطة. Legas porro sub radice حرم pro شهر الله الاصب, quae falsa est lectio, شهر الله الاصم. Non minus falsum est, quod legitur vocis حرم explicandae causa adscriptum الناهة المعتاطة الرحم; legendum est المعتاصة الرحم. Apud vocem خَشْر scriptum reperitur خَلاء pro جلاء, et sub radice حسنم legis خَشْماء pro خُشّماء. Vocem حصان altera دِرّة explicatam leginus, talis autem est in Kamuso Turcico huius vocis explicatio, ut دُرّة enunciandum esse appareat. Vox autem مِحْضَن, quae *canistrum* (زِنْبيل) designat, voce زَبيل *fimus* illustrata est. Quae vocis احتضّ explicandae gratia adscripta legitur vox انْتضّ, ea in ابتضّ mutetur. Vocis حجاً sextae coniugationi Kamusi auctor tribuit sensum ان يروّم اسنّه ويُخرج موخره الى ما وراءه; sed magis convenit verborum sensus اذا تَوَرّم وخرج اسنّه, qualia sunt in Kamuso Turcico adnotata. Tum Kamusi auctor vocem خُرّ reddidit verbis حبة مدورة; sed non est dubium, quin sit legendum, حبة مدورة. Sub radice خفر pro تشوير legas تسوير, sub خلص in locum vocis نشّط substituas تشطّى. Denique sub radice ثمر sunt verba والم الحى وصداعها, quae non sunt, quin mutentur in والم الخمر وصداعها. Sed lectores ne fatigem, sufficiant quos enumeravi locos tum ut intelligatur, plura esse in Kamusi opere vitia, tum magna opus esse et diligentia et cautione ad ea detegenda atque corrigenda.

Atque etiam alia sunt in lexicographorum libris silentio non praetereunda, quorum primum est, quod plura aut nimis breviter aut non satis dilucide explicaverunt auctores. Sub radice حدل Firuzabadius scripsit حدل للحب فى السنبل اذا وقع, quibus in verbis, quid velit وقع, dubitare licet. Magis aperte Djeuharius قوى scripsit. Neque autem sub voce للحدل facilia sunt intellectu verba ما يقله الرجل, nec, quibus vox للوادى illustratur تقلع كانها تجدو فى سيرها للّه. Non minus obscurum est توصل in verbis اذا لم توصل, quibus, quid sit رحم حذاء significare studet, nil enim sub radice وصل, quo huius formae sensus aperiretur, inveni. Vox جمام altera راحة redditur, sed num *vola manus* sit, quae est vocis magis usitata significatio, an *quies* origini magis conveniens, in dubium vocari potest. Non minus quoque legens erit incertus, quae sit ultima vocis حق significatio. Quibus autem de rebus remanere videbatur dubii locus, addere auctoris verba, ut alii et rectum videre et errorem detegere possent, non neglexi.

Tum sunt in Firuzabadii opere, quae quo pertineant, non facile est dictu; sed uno tantum exemplo, quod prae manu statim incurrit in oculos, dilucidare rem placet. Sub radice جر quae sequuntur verba leguntur والهواجر الصخام من الابل واحدها للرجور وبالضم الصخاب وجرجرايا ع والكثير الشرب والماء المصوت. Quod si his in verbis loci rationem habes, ad vocem جرجرايا referendae sunt significationes duae posteriores, quod quum fieri nequeat, ad vocem جراجر vocali Dhamma enunciandam spectent, necesse erit.

Sunt denique in Arabum lexicis, quae, quum essent Arabes lectores, ad unum omnibus nota, explicare operae pretium non habuit auctor, adscripta voce معروف *nota*. Ita vocis سويق mmus usitata vini (خمر) significatio adscripta est, caeterum addita voce معروف *notum*. Quae res non potest, quin interdum paret legenti molestiam. Kamusi auctor voces جدبد et حدبد altera voce سويق explicavit et Golius conservata voce سويق addidit *Frumentum decorticatum confractumque*, tum vocem ipsam سويق reddidit altera *polenta*, *ptisana*. At vocem حرب omnibus notam habere significationem dicunt, nec non حاوس esse granorum nomen, quae omnibus nota sint.

Quid quod in tanta tum verborum tum significationum multitudine, in frequenti verborum usu poetico aut nesciunt lexicographi aut saltem dubitant, quaenam sit tribuenda voci significatio. Solent enim hanc propter causam interponere pluribus vocis significationibus particulam او *vel*, quam in libro meo retinendam esse censui. Ex exemplis paene innumerabilibus, ne lectores copiae taedium capiat, unum tantum eligere placet. Sub radice حربد leguntur verba فرس محربد كذلك او هو العربب وفرس العوامر الحدر في سنكسس الراس وسدة الاحملاط مع بطء احاره بدنه ورحلبه او هو ضرب السفيكه من الارض وارسعاجه. Quatuor attulit auctor verba فرس محربد intelligendi modos, ex quibus qui rectus sit, haerere videtur. Quod qui auctorum iguorantiae tribueret, vehementer erraret, in linguae enim ditissima ambiguitate positum id esse, ut ex aliis ita praecipue ex loco carminis celeberrimi Caabi in laudem Muhammedis dicti apparet. Versu vicesimo quinto camelam describens verbis حرسها في فنواء usus erat poeta. Quae audiens Muhammedes quum interrogasset socios de sensu vocis حرسها, pars tacuit, pars oculos esse dixit. Ipse Muhammedes aures significari voluit.

Tractanti autem scriptorem, sive Arabs hic sit, sive non sit, ut novas in eo verborum significationes detegat, eadem quam in lexicis, haud scio an maior etiam diligentia adhibenda sit atque cautio. In rebus naturam spectantibus Domairii et Kazwinii opera adhibuisse me dixi. Cernitur autem in scribendis nominibus tum plantarum tum animalium obviorum in codicibus Arabicis versionibusque Persicis, quos Parisiis aut Lugduni Batavorum inspexi, tanta diversitas, ut qui sit rectus enunciandi modus haud facile intelligatur. Nec quae Forskålius in libro suo adnotavit, tanta, quantam optare licet, fide gaudent. Quam habuit vir immortalis rerum profundam cognitionem, non eandem possedit linguae Arabicae, ut in scribendo, aut quia male audierat, aut ab Arabibus imperitis seductus, gravissime saepe laberetur. His quodammodo consentanea leguntur verba celeberr. Sprengelii in *historia rei herb. T. I. p.* 238. „Olim quidem credidi, Forskålei et Niebuhrii opera summum posse auxilium adferre, siquidem arabica nomina ipsa plantarum indici copioso addiderint. Curatius autem examen docuit, non magna inde speranda esse, quum nomina plantarum fere ubique alia sint, ac ab Arabicis scriptoribus usurpantur." Quam autem rei causam in una tantum re vidit vir doctissimus, ea in pluribus simul posita videtur, et non possum, quin alia esse plantarum, addoque animalium, nomina in aliis regionibus plane assentiam.

Videndum quoque, ne in significationibus verborum novis admittendis temere assentiamur, ut enim quaeque lingua ditissima est et verbis et verborum significationibus, ita quisque in interpretandis scriptoribus facillime errat. Ut vero, si alios temere sequimur, periculosum, sic non erit laudandum, si in Arabicis scriptoribus novi nimis cupidi significationes quaslibet novas detegere studemus. Magna est prudentia atque cautio adhibenda, saepius repetenda rei inquisitio. Quapropter lexica Arabica et carminum alio-

rumque librorum explicationes perquirere, quam in legendis scriptoribus, ut novas invenirem significationes, tempus consumere ratius duxi. Si probatae mihi videbantur significationes, nudas eas adscripsi, sin minus, verba auctoris addidi.

Tertium est, quod lexicographo observandum videtur, ut accurate atque dilucide, non multis sed rei aptissimis verbis significationes definiat, ne ulla legenti de sensu dubitatio relinquatur; plurimi enim existimo interesse ad scriptoris verba recte intelligenda, significationes a lexicographo definitas non vagas esse, sed accurate et distincte explicatas. Id vero quum in quaque lingua difficillimum sit, tum ab eo, qui lexicon Arabicum conscribit, in omnibus sine ulla exceptione vocabulis nec exigi potest neque praestari. Quid quod ipsi Arabes in multarum vocum significatione definienda dubitant et haesitant? Accedit, quod rei difficultas multum augetur quum vocis ambiguitate, tum nostra multarum rerum ignorantia. Voci Arabicae ﻧﺨﻞ, ut paucis rem patefaciam, tribuenda est significatio *plantae cuiusvis, cuius super terram elatus truncus varios in aërem dimittit ramos*, maxime *arboris*. Quod si igitur Arabum lexicographi aut plantam aut arborem, mihi plane ignotam, voce ﻧﺨﻞ designant, quid quaeso potest esse causae, cur unam aut alteram vocis significationem praeferam? Arabum autem lexicographos, quum et ipsi accurata rerum cognitione carerent, nec accurate neque dilucide tales res potuisse definire, quis est, qui non videat? Nec vero est minor difficultas in describendis membris partibusque corporis tum in homine, tum in equo, camelo caeterisque animalibus, partim enim ambiguae sunt voces Arabicae, qualis est vox عرق tam *venam* quam *nervum* designans, partim negligentius a grammaticis descriptae, quam quae a nobis accurate definiantur. Et breviter tantum tangere has ipsas res consueverunt Arabum scriptores. Iam vero quantum distat lingua Arabica ab ea, per quam interpretis munere fungi debemus! quam diversi sunt mores totaque et sentiendi et cogitandi et loquendi ratio Romanorum ab ea, quae apud Arabes est! Ita fit, ut non solum singulis vocibus interpretandis saepius desint apta in lingua latina verba, verum etiam, ut totae res in ipsa lingua Arabica facilius intelligi quam in aliena lingua explanari possint. Ubi igitur res aut dubia aut accurate dictu nimis difficilis videbatur, Arabica addere placuit. Eademque causa, quum rei potius quam verborum habenda esset ratio, impulit ut in verborum interpretatione a Romanorum loquendi modo non raro recederem, cui rei veniam dent lectores benevoli!

Quarta autem, quae restat, lexicographo minime negligenda res, in eo posita est, ut sit verborum atque significationum aptus ordo. Duplex in verbis disponendis adhiberi potest modus et ordo, unus ut seriem litterarum sequamur, alter, ut originis habita ratione, quamlibet vocem radici, e qua originem duxerit, adiungamus. Illa disponendi ratio quamvis facilior est et quaerendi molestiam utenti levat, tamen alteri praeferenda non videtur. Haec enim statim ab initio discentem quum ducat ad vocum originem et significationum causas indagandas, doceatque, quam in formandis vocibus secuta sit lingua rationem, tum memoriam multum adiuvat. Etsi vero non eandem haec in quaerendo praebet facilitatem, fieri enim potest, ut quae sit vocis origo, dubitare liceat, tamen, tot et tanta quum discenti paret commoda, in libro meo adhibendam putavi, sperans fore, ut quae vel minus probanda accidissent, excusationem vel necessitatis vel opportunitatis haberent. Huic alter, qui sequitur litterarum seriem, subiunctus est ordo, ut quae e radice derivandae essent voces, eae in litterarum seriem disponerentur. Qua in re quam ego viam ingressus sim, paucis dicendum videtur. Primum id studui, ut quae origine

proximae essent radici, voces proximae sequerentur eam in verborum serie. Ceteras igitur omnes antecedunt voces, quibus sunt tres litterae, tum sequuntur voces quatuor aut plures habentes, denique sunt positae voces in initio una littera auctae. Radicibus quibus sunt quatuor vel quinque litterae, proprium, litterarum ordinem conservans, locum concessi, putabam enim fore, ut si a recepto ordine recederem, quaerendi facilitati consulerem, et quamquam earum plures a verbis, quae tribus litteris constant, derivantur, plures etiam sunt, quae diversam rationem sequantur. Ut vero in litteris ordo est adhibendus, ita in vocalibus non negligendus. Antecedunt ex vocibus eodem litterarum numero gaudentibus quae una vocali enunciantur; quae duabus vel pluribus, sequuntur. Primo loco sunt positae voces, quibus est vocalis Fatha, tum sequitur vocalis Kesre, denique vocalis Dhamma et hoc quidem modo 1) فَعَل, فِعْل, فُعْل, 2) فَعَل, فَعِل, فَعُل, 3) فِعَل, فِعِل, فِعُل, 4) فُعَل, فُعِل, فُعُل, nec aliter in ceteris.

Sed exposito verborum ordine, deinceps de significationibus dicendum est. Quibus in disponendis est ratio duplex, nam aut e radice aut una ex altera sunt derivatae. Utriusque ratio habenda, ut quemadmodum sint derivatae, ipso ordine adpareat. Anteponenda significatio princeps, significationes inter se cohaerentes loco coniungendae et quo magis absit a radice significatio, eo remotiorem habeat locum. Id quam sit difficile factu, neminem Arabicam linguam callentem fugiet, est enim saepius significatio, quam dixi esse principem, aut omnino deleta, aut ita mutata, ut cognosci nequeat. Significationes ipsas derivatas tanta interdum subiit mutatio, ut quominus eius cum principe cognationem intelligamus, impediamur. Tum disparentibus ex significationum serie pluribus, derivandi ordo non raro interruptus est. Collatis quidem inter se dialectis cognatis, fieri potest, ut quae in una deleta sit significatio princeps, in altera adpareat, sed quam sit id incertum et periculosum, sexcentis iam dudum probatum fuit exemplis, incidit enim in Scyllam, qui vult vitare Charybdim. Et profecto qui vel in lingua Hebraea vel Arabica id perficere tentarunt, infelicis eventus exemplis nos monere atque deterrere debent. Multo vero rem esse difficiliorem in lingua Arabica, quam in alia quacunque, tum ex eo, quod maxima est significationum multitudo, tum quod parum inter se nexu cohaerent, intelligitur. Gens Arabum ante Muhammedis tempus divisa in varias tribus, quae quum magnam terrarum Orientis partem incolerent, ut vivendi ratione sic moribus discrepabant. Quot igitur tribus, tot linguae Arabicae dialecti, et fieri non potuit, quin, qui variam in diversis regionibus et climatibus vivendi rationem sequerentur, variam quoque et vivendi rationi accommodatum loquendi modum excolerent. Multum quoque fecit ad varias linguae Arabicae dialectos excolendas atque exornandas, magnus, qui inter singulas tribus florebant, poetarum numerus, quorum quisque pro ingenii sui ratione, varie locupletavit linguam. Ita factum, ut lingua Arabica immensa verborum copia, nulli nisi poetis usitatorum gaudeat. Quas autem diversas Arabum tribus quum Muhammedes in unum populum coniunxisset, istarum dialectorum diversitas paene sublata fuit, et Muhammedis lege, Alkorano scilicet, quam omnes probabant, Koraischitarum dialectus regnavit, ita ut in istam ceterae omnes tanquam in ramum surculi insererentur. Hinc igitur tanta tam verborum, quam significationum immensa multitudo, qua lingua Arabica locupletata, imo obruta est, hinc illa in disponendis significationibus maxima difficultas. Plures enim saepissime ex illis dialectis ortae sunt significationes principes, multumque inter se discrepantes, plures quoque significationes derivatae, quae cum illa principe non cohaerent. Ex quo facilius intelligitur, non posse omnes huius

linguae et formas et significationes, quia derivandi modus latet, disponi, quemadmodum derivandi naturae conveniat. Et fuit mihi interdum probabilis causa, cur ab accepto ordine paulo recederem et verba ipsis nominibus, e quibus originem duxerint, anteponerem, tum quo facilius in oculos quaerentibus incurrerent, id studui, ut, quae essent significationes magis usitatae, fieri si posset sine noxa, caeteras loco praecederent.

Atque haec quidem hactenus. Patefactus est enim locus ipse, ut non sit difficile in adhibendo libro, quod cuique sit agendum videre. Tibi autem, Vir doctissime, carissime Roediger, non possum quin praefationi finem facturus pro eo, quo corrigendi muneri praefuisti, singulari studio atque diligentia gratias agam amplissimas. Quas ego Tibi persolvere non possum grātias variis in opus meum meritis Tuis satis dignas, eas in conscientia pulcherrimi facti inque omnium eorum, qui his litteris favent, grato erga Te animo percipias! Vos denique omnes litterarum Arabicarum amantes, fautores, patronos etiam atque etiam rogo atque oro, ut libro cum diligentia utamini, vitia in eo commissa corrigatis mihique erratorum veniam humaniter atque benevole detis. Valete.

Scripsi Bonnae Calend. Febr. MDCCCXXX.

Littera *Alif* in lingua Arabica vario usui inservit, eamque ob causam a grammaticis Arabum variis nominibus appellatur, quae afferre a re alienum non erit 1) Primum aut a) أَصْلِيَّة *Radicalis* ut in voce أَمَرَ aut b) قَطْعِيَّة *Separabilis* ut in voce أَحْسَنَ aut c) وَصْلِيَّة *Coniungenda* ut in voce اِسْتَغْفَرَ appellatur Tum 2) pro vario in lingua usu varia accipit nomina a) فاصلة *Separans* in voce بعدوا, quod litteram Pluralis notam a sequente separat, ne pro copula و habeatur, et in voce اِفْعَلْنَانِ, in qua ea utrumque ن distingitur, b) عاملة et الف العبارة *Significans* vel *efficax* ut in verbis أَنَا أَسْتَغْفِرُ اللّٰهَ, c) contra المَجْهُولة *Ignorata* ut in formis فاعِل et فاعُول, in quibus nil nisi vocalem *A* longiorem reddit, d) الف العِوَض *Vicem explens* quia loco Nunnationis est ut in عَبْدًا pro عَبْدَنْ, e) الف الصِلة *Coniungens* quia Vocalem *Fatha* in fine versus cum littera antecedente coniungere dicitur ut in voce الضَّمِيرَا, f) الف الهوى الخفيفة *Alif levioris Nun* ut in voce لَنَسْفَعًا, g) الف الجمع *Alif Pluralis* ut in vocibus مَسَاجِدُ , جِبَالٌ, h) الف الفضل والعصر *Alif praestantiae et defectus* ut in his أَكْمَلُ بَيْنَ et أَنْتُمْ بِيْنَ, i) الف المُدَّة *Alif planctus* ut in وَا رَبَّدَاهْ, k) الف المانسة *Alif feminini* ut in vocibus حُبْلَى , حَمْرَاء, l) الف النَّعَايَى *Alif negligentiae*, quam aliquis adhibere solet, inceptum sermonem territus abrumpens ut in verbis إِنَّ عُمَرَ آ utique Ohmar ah , m) الف المَدَّاب *Litterae Alif extensionum* ut in compluribus vocibus ut كَلْدَل pro كَلْدَل, حَامٌ pro حَامَّ, n) الالف المُحَوَّلة *Alif permutatum* nempe ex littera ى vel و ut بَاعَ pro بيع et قام pro قوم, o) الف السببة *Alif Dualis* ut in بدهشاں etc , p) الفات الوَصْل *Litterae Alif Coniunctionis* ut in pluribus vocibus sicut اس, اسه, اسراء, اسم etc

أَ *Particula a voce sequente inseparabilis* 1) *Vocandi particula* (الف النداء), *sed tantummodo usurpatur, quum is, quem advocas, in propinquo est* O, heus! 2) *Particula interrogandi* (الف الاستفهام) Num, an; أَنْتَ Itane? *significat vero* Utrum — an, sive — sive, si أم *sequitur A poetis* ا *interrogationis omittitur Post hanc particulam* ف *et* و *saepius pleonastice ponitur* أَلَا, أَفَلَا, أَوَلَا Nonne? أَفَمَنْ Num quis? أَوَلَمَّا *et* أَوَلَمْ An non? an nondum?

آ *vel* **اَ** 1) *Particula eminus vocandi* Heus, o, 2) *particula deridendi* Hui, vah

آءْ *et* **آ** Sonus آ 2) *Coll nom unit* ة Nomen fructus, quo coria inspissantur (*non est nomen arboris ut Djeuharius dicit*)

آخ *et* **آخِ** *Vox quae ei dicitur, qui rem non vult* Apage, Vah

آخ Sonus tussientis

آحَة *et* **آحَاحَة** *pro* **إِنَاحَة** Albumen ovi

آرِعِيس Cortex radicis oxyacanthae sive berberis *Vox barbar*

آس *Coll* Myrtus, Reliquiae, vestigia rei, Sepulcrum, Socius, dominus

آصَرِبَلَال Gingidii species

آهٍ Dixit آهٍ Ah, Heu (vid اوه)

أَبٌ et آبٌ Nomen mensis Augusti. *Vox Aramaea.*

أَبَّ *F. o. i.* 1) Movit rem *c. acc.*, commovit *manum ad gladium c. a. et c.* الى *r.*; 2) *n. a.* أَبٌّ, أُبَابَةٌ, إِبَابَةٌ Desiderio rei impletus fuit *c.* الى; اب الى الوطن Desiderio patriae plenus fuit, *vel etiam* Tetendit in patriam; أَبَّ أَبَّهُ Fecit id, quod sibi proposuerat; 3) *n. a.* أَبٌّ, أَبَبٌ, أَبِيبٌ, أُبَابَةٌ Paravit se ad aliquid *c.* ل *r.*, paratus fuit ad iter, 4) Paratus destinatum impetum intentavit, in fugam coniecit impetu fortissimo; 5) *intrans.* Bene instituta fuit (vitae ratio). II Clamavit, vociferatus fuit. V Raucedine correptus fuit eaque laboravit, admiratione adfectus fuit *c.* ب *r.* VIII *i. q.* I, 3.

أُبٌّ *Pl.* آبٌ Propositum, Pabulum, Pratum, Quidquid terra producit

أُبَابٌ Aqua, Fons *et id. q.* السَّرَاب; هو فى ابابه *i. q.* هو فى جهازه.

أُبَابٌ Fluxus ingens, Fluctus, Unda *i. q.* عباب Magna moles aquae *maris.*

أَبِيبٌ Nomen mensis (Iulius)

أُبَابَةٌ Institutum agendi, Vitae ratio, Regulae. أَبَتْ ابابه Recte instituta erat eius vitae ratio.

إِبَّانٌ *Ad* ابن *a grammaticis refertur, quod vide.*

أُبُوبٌ Locus herbosus, Pratum.

أَبَتْ *F. o. ut* أَبَبَ *F. a u a* أَبُبَ *et* أَبُوبَ Vehemens fuit aestu *(dies)* أَبَبَ *F. a* Intumuit *ex potu c* من *r.* V Exarsit *(pruna),*

أَبِتَ *et* أَبِبَ *F. b* Aestu vehemens *(dies, nox)*

آبٌ Aestu vehemens *dies*

أُبْمَةٌ Vehementia *(irae).*

مَأْبُوتٌ *i. q.* محرور

أَبَتْ *F. i.* Probrosis verbis traduxit, convitiatus fuit eum *apud regem c. acc. p. et c.* على *p.* b) أَبِتَ *F. a.* Fetu lactis camelini inflatus et quasi inebriatus fuit (vid. أَبِتَ).

أَبِتٌ Protervus.

أَبَاسَى Satiati et procumbentes cameli.

مُؤَبِّنٌ Uter qui impletur lacte et tum relictus intumet.

أَبِيجٌ Aeternitas, saeculum.

أَبَجَدٌ Vox ex quatuor primis alphabeti litteris ordine antiquo dispositis facta, qua Alphabetum significatur.

أَبَّخَ *(pro* وَبَّخَ*) n. a.* تأبيخ Reprehendit *c. acc.*

أَبَدَ *F. i. o.* 1) Ferum et a consuetudine alienum evasit *(animal),* pavidum indomitum fugit; 2) *F. i. n. a.* أُبُودٌ Substitit *alicuo loco c.* ب *l.*, 3) Peremavit; 4) Difficile et haud intelligibile fecit *carmen (poeta).* b) أَبُدَ *F a.* 1) Desertus fuit; 2) Iratus fuit, efferatus fuit, societatem fugit; 3) Obscure et intricate locutus fuit. II Terruit, fugacem reddidit, a societate alienavit, *n. a.* تأبيد Peremem fecit. لم افعل تأبيدا *i. e.* لم اات بآبدة Hamas p. 191 infi. V Efferatus fuit, indomitus fugit, a societate alienatus fuit, diu a patria absens fuit, Desertus fuit *(locus)* ab incolis, solitarius fuit *et idem quod* النساء فى اربه قل parum rem habuit cum mulieribus, Maculis coloris inter rufum et nigrum medii affecta fuit *(facies).*

أُبْدٌ *i q* وُلْدٌ *(asina, serva).*

أَبَدٌ *Pl.* آبَادٌ, أُبُودٌ *Femin.* Res, quae initium quidem habet, sed fine caret *(conf.* ازل*)*, Existentia perpetua tempore futuro, Sempiternus, aevum, tempus fine carens, proles unius anni. أَبَدًا semper. على الابد in sempiternum. *Vox* ابد *in accusativo pro adverbio* unquam *ponitur et cum negatione semper coniuncta est. Tum significat* nunquam. *Cum eodem verbo, vel cum alio eiusd. significationis coniungitur, quod vario fieri solet modo,* ut أَبَدَ الْآبِدِينَ, أَبَدَ الدَّهْرِ, أَبَدَ الْآبَادِ, أَبَدَ الْآبِدِ, أَبَدَ الْأَبَدِيِّينَ, أَبَدَ الْأَبَدِيِّ, أَبَدَ الْآبِدِينَ. *Dual.*

الْأَبَدَانِ Serva et equa

أَبْدٌ *i q.* وَلُودٌ *(asina, serva)*

أَبِدٌ *F* u *(propr. quae frequenter parit* وَلُود*)* (asina, serva), fugax, immansuetus الأَبِدَان Serva et equa

أَبَدٌ Sempiternus, Planta quaedam

أَبَدَ الأَبِدِ in sempiternum

أَبَدِيٌّ Sempiternus

آبِدٌ Animal fugax, pavidum, immansuetum, fera, res mira, peregrina, occulta, Malum, Infortunium, res cuius memoria semper manet quum insueta et magna sit *Pl* أُبَّدٌ Ferae *Pl* أَوَابِدُ Infortunia, Versus mirae pulchritudinis et divulgati per regiones, ferae, perennes aves, quae semper in eadem regione manent, *conf* فوائع

مُؤَبِّدٌ Fugax, haud mansueta *(camela)*

أَبَرَ *I i o n a* أَبْر, أَبَار, أُبَارَة 1) Pupugit (scorpio) *c acc*, 2) Absentem diffamavit, 3) Acum in esca dedit *(cani) c acc*, perdidit *(homines)*, 4) Palmam fecundavit maris insertione (لَقَح), Bene curavit palmam et sata *c a. r* b) أَبِرَ Bona, integra fuit res II Palmam (fecundavit) et sata bene curavit *c a r* V Fecundari se sivit VIII Petiit ab aliquo, ut palmam vel sata bene curaret, Fodit (puteum) *c a r*

أَبَار Plumbum *(Reisk ad librum Rhazis de affectuum singularum corporis partium curatione)*

أَبَّارٌ *(Nomen)* Fecundum reddere

أَبْرٌ Ficus sycomorus *Forsk Flora* p CXXIV *(recius c s vide* أَبْرٌ *in fine)*

حِجَاز Fumus quo vinciuntur pedes cameli (*conf* حجر *n* 1), *et* Fumus, quo medium cingitur, ad vestis lacinias colligendam, Omne altum, petrosum, salebrosum, Regio petris et montibus ab hominibus seclusa الحجاز Provincia, quae Meccam, Medinam et Althajif cum regionibus ad haec loca pertinentibus complectitur *Originem nominis a colubendo vel separando ducunt, et inde fortasse* Nomen modi musici

حُجْرَة *Pl* حُجُرَات, حُجْرَات, حُجَرَات, حُجَرَات *et* حَجَر Locus cinguli vel cingulum in externa veste, quam contra frigus *etc* super caeteras induunt Pars *femoralium* in qua est cingulum, *et in equo est* مَرْكَبُ مُؤَخِّرِ الصِّفَاقِ بِالْحَقْوِ *Kam.* سِدَّة الْحُجْرَة Patientia سديد الحجرة Patiens in perferendis malis ضَوْلَعُ الْحُجْرَة *i e* Is, cu us ambo latera plena sunt ut crassa latera habeat (*quod vitium est*)

حَجْرَاة *Pers* آسْيِي كَرْدَن Pacem facere (*Gol ex Mar*, *sed videtur falsus enunciandi modus*)

حَجَارَتَكَ Dirime eos et intercede

مُحْتَجَر Locus, ubi fumis حجاز medium corpus cingit

مُحْجُوز Pedes constrictos func حجاز appellato habens (*camelus*), Afflictus sive laesus in loco, quo funis حجاز vel cingulum medium corpus circumdat

محاجرة Quod tu alterum a te, alter vero te a se retinet

مُحْجَرَة Palma, cuius racemi in corde eius sunt

حَاحَفَ Opposuit se: obstitit, remoratus fuit *c a Djeuh* IV Egressus fuit, prodiit (*Golius ex Hez, sed videtur vitiosum. Fortasse est* اححف) VII Humiliavit se; Supplex fuit, supplicavit VIII Abstraxit *animum suum*, abdicavit *se aliqua re c a* نفس *et* عن *r*., In potestatem suam redegit, potitus fuit *c a*, possedit rem

حُحَاف (*pro* ححاف) Fluxus alvi ex indigestione, lienteria

حَاحَفَة *Pl* حَحَف Scutum ex corio ligni omnis et tendinum expers, Pectus

حَحِيف Sonus e ventre prodiens

مُحَاحِف Scutum ex corio confectum habens, cove munitus, Pugnans, adversarius

مُحُوف Is cui inferiora maxillarum ossa sub auribus protuberantia dolent

حَجَلَ *F o et i* 1) *n a* حَجْل, حَجَلَان Assilivit (ra) in incessu suo (*cornus*), subsultim incessit *cornicis more et* compedibus vinctus, 2) *F i n a* حَجِل In cavum depressus fuit *oculus*, 3) حَجَلَ *n a.* حَجْل Intercessit *c* بين *p* II *n a* تَحْجِيل Paravit *alicui* thalamum sponsalem, vel in eum introduxit *aliquam c a p*, Pinxit digitorum extremum *mulier*, Pedes posteriores et anteriores equi albos habuit, vel etiam in posterioribus tantum, vel in posterioribus et uno anteriore (*non vero usitatur in pedibus anterioribus, quum excipis posteriores*), *vide* تحجيل, محجل *Djeuh*, *item* In cavum depressus fuit (*oculus*) (*ut refert Azmai*). IV Pedica constrinxit (*camelum*) in pede anteriore dextro, soluto pede sinistro *c a*

حَجْل, حَجَل, حِجْل, حِجَل *et* حِجَل *Pl* حُجُول, أَحْجَال Compes, *sc* pedis ornamentum

حِجْل *Pl* حُجُول Nota alba in pede equi, Duo annuli compedis, Compes ipse (pedis vinculum) (*et dicitur* حَجَل *ut* حِجْل)

حَجَلْ حَجَلْ Vox, qua oves increpantur, vel qua ad mulctram vocantur دِبِّي حَجَلْ Lusus quidam.

حَجَل *Coll Pl* حِجْلَان (*vel potius est nomen collectivum formae rarissimae ut* طرق) Perdix mas (*nomen generis est* قبج) *Et appellatur* الحجاج. *Duae sunt species* حجلى (*in provincia* Nedjd), *et* تهامى (*in provincia* Tehama) *Prior species est viridis pedibus rubris, altera viridis albo intermixta Sed* حجلى *et pro mare invenit, et* عرعر *vel* بيت السعدى *pro femella Demir Forskalio est* Phas meleagris *Descr animal p* 11, *item* Parvi camelorum pulli.

حَاجِلٌ *Pl.* حَوَاجِلُ Corvus (*vincto quasi pede incedens*).

حَاجَلَةٌ *Pl.* حَاجَلٌ, حَاجَالٌ Thalamus sponsalis, tum cubiculum stratis, velis, solioque adornatum; *tum ipsum* Solium, in quo compta sedet sponsa; Velum mulieris ornatum; *Pl.* حَاجَلٌ Parvi cameli vel eorum sequiores, *item nom. unit. ab* حاجل *Pl* حُجْلَانٌ Perdix maior mas.

حَوْحَلَ In cavum *eius oculus* depressus fuit.

حَاحُولٌ Longinquus, remotus

حَاحَبِلٌ Tres pedes albos habens (*equus*).

حَاحَالٌ Fulgor.

حَاحْلَاءُ Cubitis candicans (*ovis*)

حَوْحَلَةٌ *et* حَوْجَلَةٌ *Pl.* حَوَاجِلُ *et* حَوَاجِلُ Ampulla parva praedita ampliore capite *Djeuh.*, *vel* Ampulla cuius inferior pars magna est *Kam*

حَاجِلَاتٌ Quarum suffragines fractae sunt, ut incedant in uno pede vel altero (*camelae*).

حَاحَلَاءُ Aqua, quam sol non attingit.

حَاجِلٌ Albedo in omnibus pedibus equi, *vel* quod ea est in ambobus pedibus posterioribus et uno pede anteriore, *vel* in ambobus tantum pedibus posterioribus. *Nec vero haec res hoc nomen tribuitur, quum albedo in duobus pedibus anterioribus est, nisi eadem una est in pedibus posterioribus neque quum in pede tantum uno anteriore reperitur, nisi in pedibus posterioribus* (*aut uno aut duobus, Djeuh.*) *cernitur. Kam vid etiam* حَجْلٌ (*tum Djeuharius ad rem melius definiendam addit:*) at quae adscendit supra articulum pedis, et subsistit infra genu. Albedo in papillis (*camelae*) funiculo orta; Signum camelo inustum. حَاجِلُ الْمِقْرَى Quum in paropsidem hospitibus destinatam paucum lac funditur, dum reliqua eius vacua pars aqua impletur, quod fieri solet in sterilitate anni et lactis inopia.

حُجَيْلٌ (*Non omnes consentiunt in definienda significatione, conf.* حاجيل *et* حاجبل) Pedem unum, at tunc posteriorem, aut plures albos habens (*equus*). *Accuratius rem Djeuharius definit ita:* si omnes quatuor habet *dicitur* حجيل اربع, si posteriores *dicitur* حجل الرجلين si in tribus excepto uno aut posteriore aut anteriore *dicitur* حجيل ثلاث, si posteriorem dextrum ita tamen ut tarsum transeat albedo حجيل اليمنى, si sinistrum حجيل اليسرى. Quod si vero haec albedo in uno pede anteriore aut posteriore ab uno latere (شو) est, *dicitur* ميسك الاياس مطلق الاياس *aut* ميسك الاياس مطلق الاياس. Sin vero color pedis est variegatus, *voce* مشكول *utuntur*. In qua albedo ex funiculo orta est *papilla camelae. Porro idem* حجيل *metaphorice de hominibus usurpatur* Luce splendens (*sic dicuntur Sancti in coelis*), Domui deditus ex ea se non movens.

حُجُولٌ Pedes habens, quales in voce حاجيل descripti sunt.

حَجَمَ *F. o.* 1) *n. a.* حَجْمٌ, حِجَامَةٌ Cucurbitas imposuit, *sanguinis attrahendi ergo*, hisve curavit *aliquem chirurgus c. a.*; 2) *F o.* I Suxit *ubera infans c. a.*; 3) Protuberavit (*mamma*); 4) Os revinxit et capistravit *camelum c a*, *ne morderet*; 5) Impedivit, retraxit *aliquem a re c. a. p. et* عن *r*; 6) Fugam cepit, *convenit cum* هزم (*Gol. ex Gloss Mar*). II *n. a.* تحجيم Vehementer adspexit IV (*conf.* احجم) Abstinuit se *ab aliqua re c.* عن *r* vel abstitit *metu*; Defecit *alicui c.* عن *p.* (*Kam. et Djeuh*), Pusillanimem se gessit *Gol. ex Mar.*; Protuberavit (*mamma*); Prima vice sugendum dedit (*mulier*) *infanti c.* ل *p.* VIII Cucurbitas imposuit; Petiit, ut artem cucurbitularum adhibeat, *Pass. eius, seu* Protuberavit, distentum fuit *membrum ex sanguine turgente c* من

حَجْمٌ *Pl.* حُجُومٌ Locus ubi res tangitur et ea rei pars, quae sub manu tua, dum eam tangis, elata est. (*Ducitur* حجم الكتاب صحيم) Tumor; Rostio ossis.

حَاجِمٌ Qui cucurbitas imponit, chirurgus.

حَاجِمٌ Res quae iniicitur ori iumenti vel capistro, ne mordeat; vinculum oris.

حَاجُومٌ Rima mulieris, Solers, *ut* حاجم حجوم Chirurgus solers

حَجَّامٌ Sugens multum vel continuo; Qui cucurbitas imponit, chirurgus.

حِجَامَةٌ Cucurbitularum adhibendarum ars, usus.

حَوْجَمَةٌ *Pl.* حَوْجَمٌ Rosa rubra.

مَحْجَمٌ *Pl.* مَحَاجِمُ Locus cucurbitularum.

مِحْجَمٌ *Pl.* مَحَاجِمُ Instrumentum cucurbitulae; Ventosa (*Albucas. de chirurg. p.* 244); Solers, *ut* حاجم محجم Chirurgus solers (*in Kamuso Calcutt. vitiose scriptum est* رمس *pro* رفس).

مُحْكَم Qui multum saepius recedit ab aliqua re perficienda prae tumiditate.

مُحْكَم *i. q* معلى de fabis apud nos *Kaffee* appellatis in sartagine aut coctis aut assatis

مِحْكَمَة Instrumentum cucurbitulatum

مَحْكُوم Is cui cucurbitulae impositae, Capistratus *camelus*

حَاكَمَا Immurmurare, mussitare

حَكَنَ 1) Tenaciter adhaesit, avare pepercit *c ب r vel* على *r*, 2) Permansit *in domo c ل l* b) حَكَنَ *F o* Conflexit (*lignum*) *c a r*, 2) Prohibuit, avertit (*aliquem*) *c a. p*, 3) Attraxit *ad se* (*rem*) بالمحكن *i. e* incurvo baculo *c a* II Conflexit (*lignum*) *c a r* IV Folia (حوصه) produxit *herba* نمام V Curvus fuit VIII Attraxit ad se *rem* بالمحاكس *i. e* incurvo baculo *c a*, Ad se pertraxit, collegit, retinuit sibi *opes c. a r.*

حَكَن Male nutritus infans

حَكَن Curvitas, *et* Morbus perniciosus in iumentis, Ricinus (فراد)

حَكَن Ricinus (فَرَّاد) *et* Promissa et catenis similis defluens *coma*, Male nutritus infans

حَاكُوكَاء Cuius una extremitas inclinatur in frontem *auris*, *vel* si extremitas auris una super alteram versus frontem inclinatur.

حَاكُوكَة Curvitas. حَاكُوكَة النِّمَام Folia herbae نمام dictae حَاكُوكَة المِعْل Res curva (المُنْعَقِفَه) quae in superiore fusi parte est

حَوْكَن Rosa rubra (*Kam. conf* حوكم)

حَاكُون Ignavus *Kam*, Procul dissitus *montis vertex Gol*; In regiones dissitas facta et longa (*expeditio bellica*), *vel* Incursio hostilis, dum primum ad fallendum hostem regionem petere simulant, tum vero in aliam incurrunt, *item* Nomen montis Mecoani, in quo coemeterium est.

أَحْكَن *Pl.* حَكُون Incurvus *dens*, Aduncos *ungues* habens *falco*; Promissa et catenis similis defluens in extremitate crispa *coma.*

تَحْكِيس Signum curvum, vel stigma.

حَكُون *et cum* ة Baculus capite aduncо, clavae lusoriae similis (صولجان) quibus attrahuntur arborum rami, *et tum* Omne curvum et inclinatum

حَاكَا *F. o n a.* حَاكُو 1) Constitit *in loco c ل*; 2) Avarus ac tenax *rei* fuit, talemve praebuit se *c ب r* *Incolae Iemanae dicunt* يا طُولْ حَاكْوِي يك *quod est* صِبِّي يك, 3) Asservavit (*secretum*) *c a r*, 4) Proposita quaestione et aenigmate vicit *c a p*, Opinatus fuit *de aliquo bonum c ع p et c a r*, Coniectura definivit, coniecit, Rem quum opinaretur, nec vero sciret, pro certa affirmavit, 5) Propulit *navum ventus c a*, 6) Pensavit *c a p* (*Goltus ex Djeuharu opere et Kamuso* „sufficit et idoneus fuit" *adnotavit* *In Kamuso legitur* حراقم, *in Djeuharu opere vero* حاكا الرجل القوم كذا وكذا اى حراقم وضنهم كذلك *i e* Coniectura eos ita esse constitutos definivit, eosque ita esse opinatus est, *sed quum in Kamuso Turcico ita explicatum sit* حراء ومكاكاب اسلمك معناسه در نقال حاكا اقوم كذا *non dubitavi, quin sensum* pensandi *admitterem*, 7) Mugit reciprocata voce (*admissarius*) et cognovit eius mugitum, seque ad eum convertit *camela c a locis* سول b) حَاكَى *n a* حَاكَى (*et cum Hamza effertur, conf* حَاكِئ) Avidus, studiosus, addictus et deditus fuit *c ب p*, *et contr* 2) Praeterit, transivit (عدا), 3) *n a* حَاكَا Cupidus et tenax fuit, Stetit, constitit, Hilaris et lubens fuit (*haec Gol ex Mar*) III *n a* حَاكَا *et* مُحَاكَاه Quaestione proposita contendit ac vicit *c a p*, pro aenigmate aliquid proposuit, Quaerendo obtudit et lassavit *Gol ex Mar* IV احكا ما بذلك الامر *et* أَحْكَى بذلك الامر Quam dignus est illa re *vel* quam idoneus ad eam perficiendam. V Constitit *in loco c ب*, Avidus, studiosus fuit; Addictus affixusque fuit *c ب*, Proposuit sibi et data opera fecit *rem c a*, *et* Ante alios occupavit locum eique affixus mansit *c ب* VI Quaestiones et aenigmata sibi invicem proposuerunt.

حَاكُوي *In Jemen provincia dicitur* يا طُولْ حَاكْوِي يك *i. e.* صِبِّي يك *Hamas p* 440

حَكِي Is qui expetitur; Semper remanens *domi*; Dignus, aptus *c. ب.*

حَكَا Intellectus, Ingenium; Astutia, Dictum sensum diver-

sum a verbis habens, aenigma; Quantitas; Vox quae cum susurro eminus auditur.

حَاحَى Pugna. *Pl.* أَحْاحَاء Tractus, regio, Sonus, qui cum susurro eminus auditur; Dignus, aptus *c* ب, *sed cum vocali Fatha enunciatum caret Fem. Dual. et Plur.*

حِاحَى *Pl.* أَحْاحَاء Intellectus, ingenium; Quantitas.

حَاحَاة *Pl.* حَاحَى Sonus, qui cum susurro eminus auditur. Bulla a pluviae guttis in aquae superficie excitata (*ita in Djeuharii opere; in Kamuso vero singularis* حِاحَاة *scripta est*)

حَاحْوَى *et* حُاحْيَا Victoria aenigmate proposito parata.

حَاحِى Intelligens, gnarus *c.* ب, Avidus; Is qui expetitur *c.* ب *p*; Semper remanens *domi*; Dignus, aptus *c* ب

حُاحَيَا (أُحَاجُو *Gol.*), أُحَاحِيَة *et* أُحَاجُوَة *Pl.* أَحَاحِى, أَحَاحِيّ

Quaestio explorandi ingenii ergo proposita, aenigma, *unde ludendo dicitur* حاحياك ما كذا وكذا *et Abu-Obaidi sententia* Conectare quid in manu teneam et tibi tale quid dabo, *et* انا حاحياك فى كذا Conectandum hoc tibi propono

تَحَاحَى Sonus, qui cum susurro eminus auditur.

مُحْحِم Avarus.

مُحَاحَاة *Comm gen et Sing ut Pl. i q* مُقَمَّة Aptus, dignus *c.* ل *vel* ان *Dicitur* انه مُحاحاة ان نفعل ذلك *et* انهما مُحاحاة انهم مُحاحاة ان نفعلوا ذلك *et*

كلمة مُحَاحِيَة Aenigma.

حَاحَبْت *n a.* حَحَاء Vocabulum in libris grammaticis (تصريف) occurrens, quod explicatum non est *Kam*

حَدَّ *F. o* 1) Acuit *c a r*, 2) *n. a.* حَدّ Terminavit, limitavit, terminis suis circumscripsit *domum c a r.*; *et logice* definivit *c a*; 3) *n a* حَدّ Impedivit, cohibuit; prohibuit, negavit *aliquid alicui* (*Deus*) *c. a r. et* عن *p*, 4) Iudicio et legis poena *in aliquem* animadvertit, castigavit; 5) *F. o. i. n. a.* حَدّ, حِدَاد Omnia ornamenta deposuit ob statum, qui عدة appellatur (*et hoc praesertim ob obitum mariti*) *mulier* (*Azmai nonnisi quartam coniugationem probat*); 6) *F. i. n a.* حِدّة Acutus fuit; 7) *F. o. n a.* حَدّ, حِدّة Vehemens fuit durusque (*in ira aut pugna*), acri praecipitique animo efferbuit *contra aliquem c.* على *p.*; 8) *F. i. n. a.* حَدَد Iratus fuit *in aliquem c.* على *p.* II *n. a.* تَحْدِيد Acutum reddidit, exacuit *c a.*, Terminavit; E terra prodire cunctatum fuit, quum pluvia deficeret, *semen*; Tetendit *c.* الى *et* ل *p. ad aliquem.* III *n. a.* مُحَادَّة Impedivit, obstitit, adversatus fuit in eo quod alicui necessario peragendum fuit *c. a*; Pugnavit, bellumque inivit; Succensuit *c. a. p.* IV Omnia ornamenta deposuit ob statum qui عدة appellatur (*et hoc praesertim ob obitum mariti*) *mulier*; Acutum reddidit *cultrum c a.*, *et Metaphor.* Intendit *oculos ad rem c. a et* الى. VI Adversati invicem fuerunt et repugnarunt. VIII Acutus fuit; Iratus fuit *c.* على *p.*; Vehemens fuit durusque *in ira aut pugna*, Acri praecipitique animo efferbuit *cum* من *irae et c* على *p.* X Exacuit *c a*, Novacula rasit pubem, Iratus fuit *c.* على *p*

حَدّ *Pl* حُدُود Terminus, limes; Finis, scopus حد الشتا Per totum hiemem. .. حدود سنه فى Circa annum. .. حد الاعجاز Quod in sermone hic eloquentiae gradus est, qui maior hominum facultate cognoscatur, ut nemo eum attingere possit, Quod duas res dirimit. على حد واحد Eodem modo *A religiosis* (اهل الله) *vero haec voci significatio tribuitur* Discrimen inter hominem et dominum suum (*Deum*), ut illius sit Deum colere eundemque tanquam dominum venerari, tum quoque tempori et loco certo subiectum esse, Extremitas; Acumen, finis rei, Distinctio rei a re; definitio: *haec duplex esse potest aut definitio perfecta* لحد التام *ex gr. quod dicis* „homo est animal ratione praeditum," *aut manca* لحد الناقص *quod dicis* „homo est corpus ratione praeditum"; Impedimentum, quod cohibet inhibetque; Castigatio, poena a iudice definita (*quod a peccatis ipsum caeterosque deterret*) *haec significatio sermoni iurisconsultorum propria est.* ما لى عن هذا الامر حد *i. e.* بُدّ Non possum effugere hanc rem; *item* Impetus irae et irritabilitatis, quo homo agitatur; Acies ferri et animi, Vis, vehementia *viri*; Robur, fortitudo *viri*; Dignitas eiusque ordo (*Gol. ex Mar*), Arma *Hamas. p* 143.

حَدّ Separatus, prohibitus a bono et malo.

حَدَّد Impedimentum, *ut in hoc a Djeuh. citato versu* لا تَعْبُدُنّ إِلٰهًا غَيْرَ خالِقِكُمْ فَإِنْ فَعَلْتُمْ فَقُولُوا دُونَهُ حَدَّدْ. Effugium, *ut* ما لى عن هذا الامر حدد Non possum non

perficere hanc rem, *et Adiect* Prohibita et vetita *res*, *item* Vana et irrita Dei invocatio (دعوة)

حَدَّادٌ *F* ة Acutus, Acer *odor*, Omnia ornamenta deponens ob statum, qui عدة appellatur (*mulier*)

حَدَّادٌ *ut* حَدَّادَكَ أَنْ ا *q* فَصَارَاكَ أَنْ *et tum* حَدَّادٌ حُدِّيَهِ *Ea dicitur, cuius adspectus aegre fertur*

حِدَادٌ Vestes lugubres, *nigrae vel coeruleae*

حُدَادٌ *gen comm.* Acutus (*cultri, gladius*) *Pl* أَحِدَّةٌ Vehemens, acutus, *lingua, ira, ingenio.*

حِدَّةٌ Acies *gladii, visus*, Impetus irae et irritabilitatis, quo homo agitatur

حُدُدٌ Pars aquae vel lactis in vase residua

حَدِيدٌ Confinis *alicui, gen comm et quoque F* ة *Pl* حِدَادٌ, حَدَائِدُ, حُدُدَانٌ Acutus *cultri, dens, et tum Pl.* أَحِدَّةٌ Vehemens, acutus *ira, lingua, animo vir* ناقة حديدة الجرة Camela acrem odorem exhalans *Plur* حَدَائِدُ, حُدُدَانٌ (*et in carm reperitur* حَدَادِيدُ) Ferrum; Lorica ferrea *vel a duritie impedimento vel quod hoc duntaxat acuitur metallum* ضرب في حديد نارد Rem cupis, quam attingere nequis

حَدَّادٌ Impediens, cohibens, *inde* Portae et carceris custos, *item* Faber ferrarius, Mare

حُدَّادٌ *gen comm* Acutus *gladius* (*ex Abu-Amru auctoritate ut* كُتَّارٌ)

حَدَادَةٌ Uxor

حَدِيدَةٌ (*magis specialis vox quam* حديد) *Pl* حَدَائِدُ Ferrum, ferramentum, *ita dicitur* حديدة الحرب Vomer حديدة دارى دارى Domo meae idem terminus est atque eius domo

أَحَدُّ Atrox vel dentibus acutis praeditus *lupus.*

مَحَدٌّ Effugium ما لى عنه محد Non possum non facere hoc

مُحُدٌ Omnia ornamenta deponens ob statum, qui عدة appellatur *mulier.*

مُحْتَدٌّ Acer et vehementi actus animo. *Est autem* لا أجد منه محتدا Non reperio ab eo effugium, evitare rem non possum.

مَحْدُودٌ Terminis suis separatus; Prohibitus, separatus a bono et malo, Definitus.

مُحَادَّةٌ Finis, limes

حَدَأَ *n a* حَدْأٌ Vertit, movit *rem*, amovit *c. a. et* عن *p* b) حَدِئَ 1) Confugit *ad alium c* الى, 2) In clientelam recepit, opemque tulit *c* على *p vel c* الى *p*, 3) Defendit *aliquem* ab iniuria, *n a* حَدْأٌ Inhaesit *loco c* ب, 4) Decubuit *Gol ex Mar*, *sed videtur* Inhaesit loco, 5) Iratus fuit *in aliquem c* على *p*, 6) Habuit scissum pellem in ventre et lamentata fuit ovis

حَادِئٌ *Pl* حُدَّأٌ Defensor

حَدْأَاءُ ا *q*

حَدَأٌ *Pl* أَحْدَاءٌ *et* حُدْءٌ Securis biceps, bipennis, *vel* Caput securis *et* cuspis sagittae

حِدَأٌ *Pl* حِدَءٌ, حِدَاءٌ, حِدْآنٌ *et* حِدَانٌ (*apud poetas*) (*non cum Fatha efferenda est* حداء *vel* *In formando Plurali non consentiunt*) Avis quaedam nota, quae rapacium vilissima *Demiri* Milvus *Forsk scribitur* حدء *et* accipiter *esse dicitur Descript anim p* 11 Collatus ab ea parte, quae sub auribus ad medium clavicularum in equo حِدَأٌ حِدَأٌ وَرَاءَكِ تَنْدُفُ *Proverb*, *quod in eum adhibetur, qui ab inimico suo terrore impletur, conf Hariri p* 461. *Vulgus sine Hamza vocem effert et format Pluralem* حَدَا (*tam in explicanda, quam in derivanda voce interpretes non consentiunt*)

حَدِبَ *n a* حَدَبٌ Gibbera et convexa fuit (*res*), *et peculiariter* Gibbosum fuit *dorsum*, Convexo dorso et concavo pectore et ventre fuit *homo*, 2) Deditus, affixus fuit *c* ب, Propensus et benevolus fuit *c* على *p*, 3) Mulier non nupsit iterum viro, sed educavit liberos suos II Altus extulit dorsum, Gibberam seu convexam fecit (*rem*) IV Dorsi gibbositate affecit *eum Deus c a*, Propensum reddidit V Propensus et benevolus fuit *c* على *p*, *et* Suspensus, deditus fuit *c* ب *p*, Non nupsit viro, sed educavit liberos suos *mulier* VI Dorso convexo, pectore autem et ventre concavo fuit VII Altius prominuit dorsum IX Dorso convexo, pectore ventreque concavo fuit XII احدودب In curvum exporrecta fuit (احقوقف) (*arena*), Gibbosus fuit.

حَدْبٌ: حَدْبُ الأُمُورِ Difficiles, molestae res (*a singul* حدباء).

حَدَبٌ *Pl.* حِدَابٌ Elata et aspera conditio *terrae*; Locus declivi in loco declivi *Hamas. p.* 302; Gibbus undae quum aquae fluxu una pars super alteram involvitur, Vestigium in cute; Planta quaedam, vel cardui species نصى appellata; Plantae يهمى quae late dispersae et conglomeratae sunt; Vehementia frigoris *hieme.*

حَدِبٌ *F.* ة Convexo dorso, pectore et ventre concavo praeditus *homo*; Plantis حَدَب referta *terra.*

حَدَابٌ Annus sterilis.

حَدَبَةٌ Gibbositas *dorsi*, gibbus

أَحْدَبُ *Fem* حَدْبَاءُ *Pl.* حُدْبٌ Dorso convexo pectore et ventre concavo praeditus *homo, et duo posteriora de camela*: protuberantem habens posteriorem coxae partem.

آلَةُ حدباء *poet.* Feretrum. *cum artic* Nervus عرق qui in inferiore vel interiore ossis parte in brachio est (ذراع) *Kam*; Infortunium, vehementia

أَحْدَابٌ Socii, sodales.

مُحَدَّبٌ Gibbosus, convexus; Vir acris et penetrantis ingenii.

حُدَبِيدٌ Spissum, crassum *lac.*

حَدَبَّبَا *Idem esse videtur ac* حدبدبى *Hamas. p.* 192.

حَدَبْدَبَى Lusus Nabathaeorum; Mira res.

حِدْبَارٌ *et* حِدْبِيرٌ *Pl.* حَدَابِيرُ Coxas prae macie exstantes habens *camela*; Annus sterilis; Collis, locus editus in terra.

حدبق Brevis et crassus (*gedrungen*).

حَدَثَ *n. a.* حُدُوثٌ *et* حَدَاثَةٌ 1) De novo et primum extitit (*res*) (*nonnisi cum* قَدُمَ *compositum Dhamma habet ut in his* احذ لى ما قَدُمَ وما حَدُثَ *Djeuh.*; 2) Contigit; Accidit, evenit *c.* الى *p.*; 3) *n. a.* حَدَاثَةٌ Novus, recens ac iuvenis fuit. II *n. a* تحديث Narravit *c. a p et* ب *r. vel c. a. r., ut* حدّثه بالعصه *et quoque c.* عن *r. Dicitur quoque* حُدِّثَ Narratum mihi est. Librum exposuit *c.* ب *r.*; Verba fecit, affatus fuit *c.* الى *p. vel c.* ب *p.* III *n. a.* محادثة Verba fecit, rem habuit *c. aliquo c. a. p.*; Polivit, micantemque reddidit (*gladium, cultrum*) *c. a.* IV Accidit; Produxit, fecitque existere quod non erat *c. a.*; Polivit (*gladium*); Scortatus fuit; *Intrans.* Accidente aliquo pollutus ac prohibitus fuit a precatione, *vid* حَدَثٌ *post.* (*Gol. ex Mar.*). V Narravit *rem*, Locutus fuit *de aliqua re c.* الى *p. et c.* ب *r.*; Res novas molitus fuit. VI Narravit, et retulerunt invicem aliquid; collocuti fuerunt. X Novam esse comperit *rem nuntiumve*; Novam fecit *rem.*

حُدْثٌ Multas narrationes, fabulas noscens; Multa narrans.

حدث الملوك Confabulator regum; *item dicitur* حدث نساء Qui cum mulieribus loquitur.

حُدُثٌ Res de novo existens, vel recenter accidens: contingens; Fortunae casus vicisve.

حَدَثٌ *Pl* أَحْدَاثٌ Initium; *et peculiariter est* Quod supervenit ex alvi penisve excremento vel cruore, quo quis polluitur, ut lex peragere precationem *etc.* vetet. *Dicitur* احدثت حدثا Excrementa reddidisti *item* Iuvenis (*vir*) (*Gol ex Mar*); Novi quid referens *aut* fabulam narrans (*Gol. ex Mar.*); *in Duali* Nox et dies (*Gol. ex Mar.*). حَدَثُ السِّنّ Iuvenilis vir, *ita in Kamuso, Djeuharius vero dicit: si additur vox* السن, *sume* حدث.

حَدِثٌ Qui multas fabulas scit; multa, bene narrans.

حَدُوثٌ *Id.*

حَادِثٌ Primum apparens, novus; Casus, vicis fortunae.

حُدُوثٌ Existentia rei posteaquam abfuit. *Haec in libro cui nomen est* تعريفات „Definitiones" *duplex describitur, una* حدوث ذاتى *i. e.* كون الشى معتبرا فى وجوده; *altera* حدوث زمانى *i. e.* كون الشى مسبوقا بالعدم سبقا زمانيا *ut illa hac generalior sit.*

حَدِيثٌ Novus, recens factus; in tempore factus. حديث السن *Pl* حِدْثَانٌ Iuvenili aetate *vir*; *et Subst. Plur.* حِدْثَانٌ, حُدْثَانٌ *et* أَحْدَاثٌ Quod recens evenit, dictum vel factum, nuntius, historia (*viri*); *peculiariter* Muhammedis pseudo-prophetae dictum factumve posteris traditum (*hoc autem asseclis eius duplex est, aut* النبوى propheticum, *quod ipse dixit, aut* القدس sanctum, *quod illi angelum Gabrielem a Deo attulisse credunt. Tum et* الحديث القدسى talis nuncius *est*, quem propheta aut inspiratione aut somno a Deo acceptum suis

ipsius (prophetae) verbis aliis tradit (huic praeferendus est Coranus, cuius ipsa verba a Deo propheta acceperit) Denique et illa traditio duplex esse potest aut حديث صحيح aut huic contraria حديث سقيم *Inde* طلب الحديث *est* Studium quo cognoscuntur illa dicta, et gemma a spuriis discernuntur

حُدْثَى Casus, vicis fortunae, res contingens

حِدْثَان Principium ac novitas *rei* افعل ذلك الامر بحدثانه Facio hanc rem, dum nova est Accidentia fortunae, casus adversûs fortunae

حَدَثَان Casus, vices fortunae.

حَادِثَة *Pl* حَوَادِث, حَادِثَات (حِدَاثَة *Gol et Mar*) Res de novo existens, vel recenter accidens, contingens, *item* حوادث Casus, vices fortunae et casus adversus

حَدَاثَة Principium, novitas *rei*, *conf* حِدْثَان, Iuventus

حِدَاثَة Initium.

حُدُوثَة Iuvenilis aetas

حَدِيث Qui multas fabulas scit, narrat *vir*

حَدِيثَى Narratio, fabula

أَحْدَاث (*Plur*) Res novae, Casus et accidentia fortunae, Pluviae principio anni

إِحْدَاث Quod tempore praecedente iam erat (*conf* ابداع *et* تكوين)

أُحْدُوثَة Fama

أَحَادِيث (*rarius est hic Plur. a* حَدِيث *ex Ferrat opinione primum fuit pluralis vocis* أُحْدُوثَة *tum vocis* حديث *tributus*) Nuntii, narrationes

مُحْدِثُون Recentiores (*opponitur vocis* قدماء veteribus).

مُحَدَّث Verax, *spec.* in bene referendis ac discernendis dictis factisque Muhammedis

مُحَدَّث Traditionum de Muhammede gnarus

مُحَدَّثَة Locus confabulationis

حَدَجَ *F i n. a.* حَدْج 1) Onere clitellisve impositis construxit et oneravit (*camelum*), *peculiariter* vehiculo

muliebri, quod حِدْج dicitur; 2) Petivit, iecit colocynthide (حنظل) *tum saxilla aliquem c a p et* ب *r*, 3) *n a.* حَدْج Acuto defixoque visu intuitus fuit *c a p et* ب *oculi*, 4) In vendendo *fraudis* arguit *c* بالبهمة, 5) Percussit II *n a* تحديج *i q* حَدَّقَ III Lente et commodo suo processit IV Impositum constrinxit onus *vel* pilentum in camelo, Habuit fructus magnos virides, duriores *arbor colocynthidis Djeuh*

حِدْج *Pl* حُدُوج, أَحْدَاج Onus, *i q* هودج Vehiculum muliebre simile ei, quod مُحَفَّة appellatur vel hoc ipsum *Conf Abulf Annal T III p.* 92

حَدَج *Coll* Colocynthis *Kam*, ea iam facta durior *Djeuh*, sicca *Mar*, Melo, quamdiu est virens *Kam Quodsi vocabulum sensum verborum* حَسَلُ الْعُقْب الرِّجْلُ *quae in Kamuso leguntur, praebet,* حَدْج *quoque enunciatur*

حَادِج Leniter incedens

حَدَجَة Avis quaedam, *et nomen unitatis a* حَدَج

أَبُو حُدَيْج Ciconia

حِدَاجَة (*Pl* حَدَايِج *ex Jacobi sententia*) Vehiculum muliebre ei simile, quod مُحَفَّة appellatur (*sed hoc apud nonnullos Arabes pro* حِدْج), Instrumentum (اداة)

مُحَدَّج Brevi statura praeditus

حَدَّجَة امرأة Mulier brevis, parva

حَدَجَد Brevis *vir*

حَدَرَ *F o n a* حَدْر 1) Festinavit *in lectione precumve promulgatione c.* فى, 2) حَدَرَ *et* حَدُرَ *n a* حَدْر, حَدَارَة *Kam.* (*Djeuh* حَدُرَ *n. a* حَدْر) *F o.* Pinguis et simul crassus fuit, brevis et simul crassus (*gedrungen*) fuit, 3) Collecti fuerunt homines, 4) (*et* حَدَرَ) *n a* حَدْر *et* حُدُور Intumuit et dura fuit ex ictu *pellis*, 5) *n a* حَدْر Tumore affecit *c a*, *et* tumefecit, 6) Solvit *medicina ventrem c a*; 7) Circumdedit *rem*, 8) *F. o i n a.* حَدْر *et* حَدَر Fluxit oculus *lacrymis c a r.*, 9) Descendit

c. عن *l* ; declivis fuit (*Gol. ex Mar.*) ; *et* 10) *n. a.* حَدْر, حُدُور Declinare fecit *rem c. a. r* ; Deorsum deiecit *rem c. a. r.* ; In locum inferiorem demisit *navem c. a.* ; Proiecit *rem* ; deiecit de statu *virum* ; *et* depressit *annus sterilis c a* , 11) *n. a.* حَدْر Contorsit fimbriam lacinamve *vestis*, et duplicata ora instruxit *c. a. vestis.* II *n. a.* تَحْدِير Acceleravit ; Intumuit ex ictu (*cutis*), Promovit, solvit *medicina menses* ; Deturbavit *c. a r* IV Intumuit ex ictu (*pellis*), Tumore affecit cutem verberando *c a* , Contorsit fimbriam lacinamve vestis et duplicata ora instruxit, *quibusdam etiam* Descendit, declivis fuit, *et Trans.* Deorsum demisit *navem Kam.* (*a Djeuhario hic quartae conjugationis usus negatur quum primae sit proprius*). V Tumore affectus fuit, *aut* intumuit, Lente et sensim descendit, se demisit, declivis et delapsus fuit ; Descendit flumine. VII Intumuit, Deorsum demissus fuit ; *et* Descendit declivi loco, *etiam quum in depressiorem quis regionem tendit* c. الى, *ut* أَحْدَرْت الى البصرة Bazram profectus sum

G حَدَر Declive solum quo quis delabitur ; Distortio *oculi.*

G حَادِر Brevi, et simul crasso corpore praeditus (*gedrungen*) *vir* ; Adolescens pulcher, venustus *aut* pinguis, *Adi. F* ة Plenis distentisque praedita *oculis camela c d c* , *item c artic* Leo.

2 حُدَر Crassus.

G حَدْرَة (*dissentire videntur*) *Adi* Crassus durusque, *aut* magnus, *aut* acuto visu praeditus *oculus* ; Ulcus prodiens in albo ciliorum (*Ita quidem in Kamusi exemplaribus* لحص *legitur, nec vero dubito, quin error sit Legendum est, ut in Kamuso Turcico observatur*, لصاط „in interiore ciliorum latere")

G حُدْرَة Multitudo, conventus, Camelorum agmen *paene idem ac* صرمة

G حَدُور Locus declivis, quo quis delabitur. جاءت بهم السنة حدورا De statu deiecit pressitque eos annus sterilis.

G حُدُور Descensus (*actio*).

G حُدْر Nigrum oculi, pupilla هو على حدر عمى Gravis est oculo meo : ferre prae odio non possum eius conspectum.

G حَدْر Brevis ; *c. artic.* Leo.

G حُدَرَة Locus declivis, quo quis delabitur.

G حُدَادِر Acutum visum habens

G حَادُور Locus declivis quo quis delabitur ; Inauris, Interitus ; Ventrem solvens *medicina.*

حُدْرِى Crassus durusque *aut* magnus *aut* acuto visu praeditus *oculus* (*dissentire videntur*).

G حَدُورَة Fluxus lacrymarum in oculo.

G حُدُورَة Multitudo. حى ذو حدورة Tribus numerosa.

G حِدْقَة Nigrum oculi, pupilla.

G حِدْرَة *Id.*

G حَدَّار Dura (*de glarea*).

G حِدْر Nigrum oculi.

G حَدْرَة Interitus ; *c. art.* Leo, *et* Nomen viri

G حَادُورَة Fluxus lacrymarum in oculo

G حِدْقَة Nigrum oculi.

G حِدْرَة *Id.*

G حِدْرَة Nigrum oculi, pupilla. هو على حدورة عمه Eum prae odio intueri non potest. جعله على حدورة عمى Visus obiectum eum feci. Scopus, intenti visus obiectum

G حَدْرِى Brevis.

G حِدْرَة Nigrum oculi ; Scopus, intenti visus obiectum. جعله على حدرة عمى Visus obiectum eum feci

أَحْدَر Qui angustum in exteriore hirquo oculum habet ; حَدْرَاء Qui coxas plenas habet, tenuis in superiore parte *epitheton ad pulchritudinem equorum significandam*

G أَحْدُور Locus declivis, quo quis delabitur.

G مُتَحَدَّر Declivis (*locus*).

G مُتْحَدَر *Id.*

G مُتْحَدِر *Id.*

حَدْرَج Contorsit firmumque effecit *c a*

ما بالدار من حَدْرَج Ne unus quidem in domo est.

G حِدْرِحَان Brevis (*homo*) *Kam.* (*in Djeuh. cod.* حِدْرَجان).

G مُحَدْرَج Glaber ; Flagellum.

G مُحَدْرَجَة Flagellum.

حَدْرٌ Brevis *Kam*

حَدَسَ *F. o u.* 1) Vagatus fuit sine duce, ivit incerta via, Ivit per terram sine ductu, 2) *n a* حَدْسٌ, حَدْسٌ Opinatus fuit, conjectavit, pro opinione dixit, conjecturavit de sensu verborum, et de rebus, 3) Tetendit (حصد), Cito incessit, properavit; 4) Vicit, quum unus alterum humi sternere studuit, et humi stravit *c a p*, humi stravit (*ovem*) ad mactandam eam, procumbere fecit (*camelum*) *c* ب حَدَسَ لِهُمْ بِهِمْ الرَّصْفِ Mactavit eis ovem emactatam, quae exstinxit ignem, neque rotando matura facta est, *item* Percussit in jugulo (*camelum*) *c a*, 5) Iecit *saxitta c* ب, 6) Calcavit obtrivitve *pedibus c a p et* ب *r*, 7) Eodem modo agere continuavit (مضى على طريقه مستمرا) V Inquisivit *in nuntium*, veritatem exploravit *c a vel* عن, Clanculum tentavit facere

حَدْسٌ Quod celeriter mens (دهى) transfertur a rebus apparentibus ad res quaesitas, qui minimus revelationis gradus esse dicitur

حِدَاسٌ Finis, extremitas, scopus, *ut in his* بلغت به الحداس

حدسيّات Res, in quibus dijudicandis non opus est mentis causa adducenda posita in repetita earum contemplatione *ex gr* si quis dicit, Lunam ex sole accipere lucem, quippe lunae illuminata facies non eandem semper formam praebeat, quum luna ipsa a sole modo recedat, modo propius ad eum accedat *Tarifat*

مَحْدِسٌ Quaestio

حَدَقَ *F i.* 1) Circumdedit *c* ب *p*, 2) Intuitus fuit *c a*, *n a* حُدُوقٌ Aperuit oculos suos, et vidit *mortuus*, 3) Affecit nigrum oculi *alicujus c a p* II *n a* تَحْدِيقٌ Acute vidit, Circumdedit, cinxit *aliquem c* ب *p* IV Hortus روضه appellatus factus est talis, cui nomen est حديقه; Circumdedit *c* ب *p*, Obduxit, induit *argento* VI Se invicem intuiti sunt, observarunt XII احدودق Circumdedit *c.* ب *p.*

بَاذِنْجَانٌ *i q* حَدَقٌ Melongena

حَاذِقٌ Acutus mente, callidus; industrius, solers (*Gol sed sine dubio est rectius* حاذق).

حَدَقَةٌ *Pl* حَدَقٌ, حِدَاقٌ *et* أَحْدَاقٌ Nigrum oculi, pupilla

حَدِيقَةٌ *Pl* حَدَائِقُ Hortus arboribus consitus, *et* hortus, in quo sunt palmae arboresque, *vel* Omnis hortus aedificiis vel muro septus, *vel* Palmae in uno loco congregatae *Kam*

حَدْرُوقَةٌ Nigrum oculi

حِدْيَقَةٌ *Id*

حَدْلَمَةٌ Circumversio oculi, *vel* pupillae in adspiciendo

حَدَلَ *F i n a* حَدْلٌ, حُدُولٌ, *et* b) حَدِلَ *n a* حَدَلٌ *Kam* 1) Iniustus fuit *in aliquem c* على *p*, 2) Humerum unum prae altero extantem habuit III Versutia usus fuit *erga aliquem c a p* VI Se inflexit super arcu'

حَدْلٌ Inclinans in partes et iniquus *Dicitur* انه لحدل عبر عَدْلٌ (*Ut hic videtur enunciandi modus nonnisi propter conjunctam vocem* عدل)

حِدْلٌ Locus, quo zona alligatur corpori, Dolor in collo

حُدْلٌ Glaber

حَدَلٌ Adspectus qui fit dimidio oculi, *et* Curvitas

حَدَلٌ *Pl* حَدَالَى Humerum unum prae altero exstantem habuit

حُدْلٌ Succus lycii (حُضْض)

حَدَالٌ *Coll nom unit c* ة Arbor quaedam

حُدَالٌ Cuius unum cornu magis depressum est *arcus*, *vel alios* in unum latus magis inclinat, Glaber

حَوْدَلٌ Simia mas

حِدْلٌ Brevis

حَوْدَلَةٌ Collis

حُدُولَةٌ Curvitas

حَدْلَانٌ Brevis

أَحْدَلُ *Fem* حَدْلَاءُ *Pl* حُدْلٌ Humerum unum altero altiorem habens, Inclinatum collum habens, *vel* Inclinato uno latere incedens, Uno praeditus testiculo, *de omni animali*, Scaeva, qui sinistra manu loco dexterae utitur; Unum cornu magis depressum habens *arcus.* ركنه

حَدْلَاءُ Puteus, qui non eodem modo, quam incepit, in terram descendit

مُحْدَنْلَه i. q. حُدَالٌ.

حَدْلَقَ Oculi pupillam circumvertit in adspiciendo

حُدَنْقَة Pupilla oculi magna; *Abu-'l Hasano Alhijani* Oculus, *Abu-Ohbaidae vero* Pars corporis, quaenam sit, nescitur *Ita in his verbis, quid sit, dubitatur*

اكل الذئب من الشاه الحدنقة

حُدَنْلُو Brevis staturae *vir*, sed crassus (*gedrungen*)

حَدَم Ardor (*ignis*).

حُدْم *Id.*

حِدَام Iratus.

حُدَمَة Ardor (*ignis*), Sonus crepitusve flagrantis (*ignis*), Sonus ventris serpentis, *vel* sonus in ventre quasi ferveret aestuantium.

حَدَمَة Cito bulliens (*olla*) *Kam*

حُدَمَة *Id* (*hoc Gol ex Djauh opere, codex meus vocalibus caret*)

أَحْدَمَ Arsit *ignis*, *calor diei* V Bullivit *olla*; Accensus fuit *ira in aliquem c.* على *p.* VIII Arsit *ignis*, Ferbuit *calor*; Efferbuit *imber*; Aestuavit *ira pectus c. a r et c.* على *p*, Valde rubicundus, ad atrum vergens fuit *sanguis*; Bullivit *olla*.

مُحْتَدِم Ardens *dies*.

حَدَا *F o. n. a* حَدْو *et* حِدَاء 1) Celeriter propulit; propulit (*camelos*) canendo *c. a vel c.* ب (*hujus vocis origo in alia voce* ذِئْ ذِئْ *esse dicitur*), 2) Excitavit (*Gol. ex Mar*); 3) Anhelavit vocemque emisit (*Gol. ex Gl. Mar*), 4) Secuta est *nox diem c. a.* VI Unus alterum propulit *de camelis* VIII Propulit, Secuta est (*nox diem*) *c. a*

حَادٍ *Pl.* حُدَاة Agaso seu praecentor camelorum; Qui asinas suas propellit *onager* (*apud poetas*) الحَادِي Nomen stellae. *Ideler p* 96 حادى الكحم Nomen stellae. *Ideler p* 96 *et p.* 137. *At* حادى عشر *est pro* واحد Undecim.

حِدَاء *pro* حِدَاءٌ *Pl.* حِدَاء Milvus (*hoc et alia vid. in* حدا *ultima Hamza*), *et* Aotus propellendi camelos.

حُدَّاء *i. q.* حاد

حَدْوَاء Boreas, *quod propellit nubes.* (*Forma masculini* احدى *in usu non est.*)

الحَوَادِي Pedes.

أَحْدُوبَة بِبَنِيهِم *vel* أُحْدُبَة Certus quidam inter eos camelos canendo propellendi modus usitatus est.

حَدِيَ *n. a.* حَدًا Adhaesit, affixus fuit *loco c.* ب. IV Data opera fecit *aliquid c. a.* V *Id*, *et* Pugnavit, et certavit in aliqua re peragenda *cum aliquo c. a p.*

حَدَى الذَّعْرِ Unquam, *ut* لا افعله حدى الدهر Nunquam ego id faciam

حُدًا Pugna, certamen, Unus (*de hominibus*). *Dicitur* انا حدياك *i. e.* Prodi solus ad pugnam mecum.

حَذ (*conf.* جذ) Abscissio totalis.

حَذَذ Levitas mobilitasque caudae; *in prosodia* Quod a pede مفاعلتن ـ ـ ـ ـ ـ ـ abiiciuntur syllabae تن ـ ـ, ut remaneat مُفَا ـ ـ ـ

حَذَّة Segmentum, frustum carnis

حِذَاذ Fragmenta lapidum in quibus aurum est.

حُذَاء Carmen in quo est حُذُوذ; Iuramentum cum festinantia iuratum (*sunt qui* حُذَاء *efferant*); *i q* حُذَاء *de propinquitate*, Carmen perfectum, in quo non est vitium (*quasi contrarium eius in quo est* حذذ), Celeris *camela*, *equa*

أَحَذّ *Fem* حَذَّاء Caudâ levi praeditus (*camelus vel avis*), Brevis *dies*; Rariore caudae crine praeditus (*equus*); Paucis plumis pennisve (*avis*) *Gol. ex Mar.*; Levis manu (*homo*), Gracilis (*corpore*); Hasta agilis levis. *Pl.* حُذ Res gravis, ingrata *Pl* حُذ Celer (*camelus*) quinto die bibens. *In re metrica* In quo est id quod حذذ appellant *pes*. Pes autem احذ مضمر appellatur, quum pes abbreviatus مُفَا mutatur in مُفْعَلْ (مَفْعُلْن). *Conf. Humas. p.* 623. احذّ يَدِ العبص Levis manu (*fur*).

حَذْحَاذ (*ut* حسحاس) Celere (*iter nocturnum*, *quod aquae petendae causa suscipitur*).

حَذِرَ *n. a* حَذَر 1) Cavit, evitavit *rem c. a. et* من *et c.* أن *verbi*; Timuit *alicui ab aliqua re c.* على *p. et* من *r.* II *n. a.* تحذير Metum iniecit: monuit; cavere iussit.

III *n a* حِذار, مُحاذرة Metuit, Cavit *a re c* من *r*, Metuit, veritus fuit *c a r et c* لا *verb* (*De duabus personis in usu est, ut* alter alterum cavit) V Cavit *c a r vel c* من *r* VIII Cavit, evitavit *rem c a et c* من XI Exarsit ira, succensuit

حِذْر Cautio

حَذَر Cautio *Nempe* حَذَرَك زَيْدًا Cave Saidum

ابو حَذَرٍ Chamaeleon

حَذِر *Pl* حَذِرُون, حَذَارَى Cautus, multum providus (*et cum accusativo rei, quod raro est in tali forma, construitur*)

حَذَارِ حَذَارِ *et* حَذَارٍ *et* حَذَارِ حَذَارِ *et* حَذَارِ حَذَارِ Cave!

حَذُر Cautus, multum providus

حَاذِر (*Plur* حَاذِرُون *pro* حَاذِرِين) Paratus

حَذَارِ *vid* حَذَرٍ

حَذِرْتُك *nempe* انا حذرك منه Ego te cum cavere mbeo

حَذَرَى *nempe* حَذَرَنَّك زَيْدًا Cave a Saido

حُذْرَى Vanis, *e*

حِذْرِيَة *Pl* حَذَارَى *et* حَذَارٍ Crista galli, Pars terrae asperior, Collis asper

حِذْرِيَاء Collis asper

حَاذُورَة Cautus

حِذْرِيَان Cautus, multum providus

حُذَارِيَات Populus, qui timorem incutit, monet

إِنْ أَحْذَارٍ Providus, prudens

مَحْذُور Infortunium; Timor (*ut nomen act*)

مُحَاذَرَة Cautio mutua inter duos

مَحْذُورَة Cautio, Terror, infortunium, res terribilis, bellum.

أُمّ حُبْرِف Hyaena

حَذْرُوف Petiolus dactyli, Praesegmen unguis, *et hunc* ما له حذروف Non illi quidquam est

مُحَذْرَف Aequalis, laevis *res*, *ungula*, Plenum *vas*

حَذْرَفَة *i q* خَرِيطَة

حَذَرْمَة Multitudo verborum

حُذَارِمَة Garrulus, Verbosus

حَذَفَ *F i n a* حَذْف 1) Demsit, detraxit, resecit, sustulit *aliquid de aliqua re ut syllabam vocis c a et* من, Cepit *aliquid de coma hominis vel de cauda equi c* من, 2) Laculatus fuit, petivit *fuste c a p et* ب, Percussit *caput ense* cum partis alicuius diminutione *c a p et* ب, 3) Humeros et clunes commovit *in incessu c* ق, *vel* Prope contuxit, contraxit passus, 4) Affecit *beneficio c a p et* ب *r*, 5) Brevius leviterque dixit *salutem c a* II Paravit, confecit *c a r*, Se invicem petiverunt *lapidibus c* ب *Vit Salad p* 81

حَذْف Aphaeresis, Apocope, Quod abiicitur ex pede id quod in arte metrica سبب خفيف appellatur *e g quod pes* فاعلاتن *abiecto* تن *mutatur in* فاعلن

حَذَف *Coll* Oves parvae nigraeque, quales in provincia Hidjas vivunt, auribus et cauda carentes, Nomen avis seu parvae anatis, Cornicolae species, quae editur (*Saatkrahe*) Folium grani *e* Folia segetis (ورق من الحب *Kam*)

حُذَفَة Mulier parva

حُذَفَاء Parva ac brevis *auris*

حُذَفَاء Vitae mores *Dicitur* ثم على حذفاء انتم Ii sequuntur patris mores

حُذَافَة Ramentum corii *etc*, Cibi quid, buccella

حُذَّافَة Podex

مَحْذُوف Uter, culeus *In arte metr* In quo est id quod حذف appellant *pes Quum autem pes item abiecta littera quiescente mutatur in* فَعِلْنْ ـــ ـ ـ, *appellatur* محذوف محنون

حَذْمَرَ Replevit, implevit *c a r*

حِذْفَار, حُذْفُور *Pl* حَذَافِر Latus, eris Nobilis, illustris Magna congregatio *Dicitur* احذه بحذافره *et* احذه بحذوره *et* احذه بحذافيره Cepit totum illud cum omnibus partibus *Pl* حذافر Parati ad bellum s pugnam انت لهم حذافرك Paratus sis!

حَذَقَ *F. i et* خَذِقَ *F. a. n. a.* حِذْق, حِذاق, حِذاقة (*aut hoc pro nomine habendum*) 1) Perdidicit et memoria tenuit *puer Coranum c. a. r. Inde* يوم حذاقه Dies, quo aliquis Coranum finit perdiscendo; 2) Solers fuit *in opere c a r.*, 3) *F i. n a.* حِذْق, حذاقه Consedit *funem c. a*, *vel* extendit quid et resecuit falco similive *re c. a. r*; 4) *n a* حَذْق, حِذْق Punxit *acetum* acrimonia *linguam c a*; 5) Laesit *pedem ovis vinculum c. a.*, 6) *n. a.* حُذُوق Acre fuit *acetum*. V Sapiens fuit VII Dissectus, ruptus fuit (*funis*)

حاذِق Secans, acutus, Acre *acetum*. *Pl* حِذاق Acutus ingenio, solers in re *c. g. r. Dicitur iunctim* حاذق حاذق.

حِذْقة *Pl* حُذاق Segmentum, pars تركب للحمل حُذاقا In plures partes disrupi funem.

حَذِيق Sectus

حُذافة Cibi aliquid, buccella *ut* ما عنده حذافه.

حُذاق Acer lingua, disertus *vir*; Acutus *vulter*, Pullus asini, equi.

أَحْذاق Partes disruptae *funis*

مَحْذوق Sectus.

حَذْلَقة (*Kam in edit Cal est* حدلقة) Conversio oculi inter spectandum

حَذِلَ *F. a. n. a* حَذَل Ciliorum defluvio correptus fuit (*oculus*), *vel* Rubuit in crepidine palpebrarum ex tuberculo, erosione aut lacrymarum fluxu. IV Tali modo afflixit *oculum fletus vel calor c. a.* V Condoluit *c. على p*

حَذْل Inclinatio *c مع p. Dicitur* حذلك مع فلان.

حِذْل Radix, origo; Ene res, quas portantes et quidem earum onere gravati principio noctis proficiscuntur

حُذْل Inferior pars eius, cui بنطلون *vel* eius vestimenti partis cui حاجبة nomen est; *ut* هو في حذل امه In matris gremio est. Radix, origo; Circuitus limbi indusii inferioris

حَذَل Oculi morbus (*conf.* حَذِلَ); Palpebrae tuberculum *Gol. ex Mar.*; *et Coll.* Baccarum genus, quo suffitur; Bacca arboris, quae in panem coquitur; Ambitus limbi in vestimento inferiori; *item i. q.* حُذْل.

حُذَل Gremium, circuitus limbi indusii; Ea pars femoralium, ubi corpori alligantur; Ambitus limbi in vestimento inferiore; *et* ما بُذْلَجَ به مُنْعِلا مِنْ سَى حَمِلَه; *item* Radix, origo

حادِل *F* s Defluvio ciliorum *vel* rubedine et lacrymarum fluxu laborans *oculus*.

حَذَال Quod sanguinis, seu gummi rubicundi, instar provenit ex spinosa arbore طلح *vel* ex arbore سمر, *de qua Leo Afric. in fine operis. A Djeuhario ita explicatur* „Res, quae provenit ex radicibus arboris سلم et lacte macerata, cibo inservit." Formica.

حِذَال Res croco similis, quae reperitur in floribus mali Punici.

حُذَال *i q* حَذال

حُذْلة Inferior pars zonae (بنطلون) *vel* inferior pars rei حاجبة in veste appellatae

حُذالة Gummi rubrum; Circuitus limbi indusi inferioris; *et i q.* حُباله Segmenta minuta straminis.

حَوْذَنة Inclinatio ungulae iumenti in latus

حَذْلَق (*vid.* حذق) Ostendit *ingenium aut* de se vero maius praedicavit. II *Id*

حَذْلَم 1) Asciando aptavit, acuit (*lignum*) *c. a.*, 2) Correxit, emendavit *equum c. a. r.*; 3) Implevit (*utrem*) *c. a.*; 4) Cito incessit et volutatim. II Cito incessit et volutatim مَرَّ يُحَذْلِمُ وَيَتَحَذْلَمُ Praeterit quasi volutaretur. Bonas litteras edoctus fuit.

حُذْلُم Brevi et valida statura praeditus.

حُذْلُوم Agilis, celer.

حَذَمَ *F i. n. a* حَذْم 1) Secuit, resecuit *vel* celeri modo et repentino *c. a.*; 2) Properavit *in legendo etc. c. g r*, 3) Donavit; confricuit. *Gol. ex Gl. Mar.*

حَذْم Incessus levis et agilis.

حَدَمٌ Volatus (*avis*), quae praecisas alas habet

حَدِمٌ Secans, Levis et agilis

حُدَمٌ *F* h Brevis statura, et brevi contractoque passu incedens, Lepus (*nisi* حُدُمٌ)

حُدْمٌ Lepores celeres, Fures solertes.

حُدَّامٌ Segnis, tardus, *ut* اسرى عبدا حدام المشى

حُدَمَة Brevis et parvis passibus incedens

حِدْمٌ Secans, amputans *gladius*, *et* Solers

حَدَاسٌ Celeritas, *et contr* Tarditas

مِحْدَمٌ Ensis

حِدَمِرٌ Brevis.

احدا حدامره Rem universam cepit

حِدْنٌ Conclave domus (حاكره)

حُدْنَةٌ Camelus qui iam a parvo servivit insedendo et vili operi adhibitus ut instrumentis oneribusque portandis ventrem magnum acceperit et gibbum omnino perdiderit, *item* Parvas habens aures *tui*, Brevis et crassus *Dual* Aures duae, *etiam* Testiculi duo, *et* Vulvae labra

حَدَا *n a* حَدْوٌ *et* حِدَاء (*In pluribus misceri videtur hoc cum sequenti tertiae* ى *quod vide, eamque ob causam a lexicographis pluribus sub una radice omnia referuntur*) 1) Induit (*calceum*) *c a r*, applicuit *calceum calceo*, *atque ita* dimensus fuit *c a r et* ب *alt*, *Prov* حربه احدو العبل حدو العبل بالنعل Retribui ei aequali modo بالنعل واحدى القرص بالقرص Convenienti hominibus modo ago Mensura definivit et secuit *calceum c a r*, 2) Sedit ex adverso *rei c a*, 3) احدا حَدْوَ زَيْدٍ Fecit opus Saidi, 4) Sparsit *terram in vultum c a r et* ق *l*, 5) Momordit (*linguam viam*) *c a r*, 6) Donavit *aliquem aliqua re c a. p.* III *n a* حِدَاء E regione fuit respondit*ve c. a*; Aemulatus fuit, Idem facere voluit IV Induit (*calceum*) *c a r.* VI Paria fecit VIII Pro calceo usus est *aliqua re c. a r.*, Imitatus fuit *c a* X Submisit se, calceos induit, Rogavit ut calceus daretur sibi vel indueretur *c d. a*

حَدْوٌ *Dicitur* حَدْوُكَ *et* حَدْوَكَ E regione tui

حِذَاء (*conf* اراء) Res alteri opposita *c g vid et* حدى

حِذَاء E regione, ex adverso *c. g*, *et Pl.* أَحْذِيَةٌ Calceus, solea, Planta pedis equi vel cameli

حِذَةٌ
حُذْوٌ
حِذْوَةٌ
حُذْوَةٌ
} F regione

حِذْيٌ *Dicitur* حِذْيُكَ *et* حِذْيَكَ E regione tui

حِذْوَةٌ Donum; Segmentum *carnis*

حَذَّاءٌ Calcearius

مُحَاذَى *Dicitur* مُحَاذَاكَ E regione tui

حَذَا *F i n a* حَذْيٌ Momordit *acetum etc linguam c a*, Multum scidit *cultro manum, et cornum culter c a*, Proscidit, laesit *sermone aliquem c* ب *instr et ac pers*

b) حَذِيَ *n a* حَذًى Rupto ammo ventrem doluit *ovis*

Djeuh IV Partem de praeda dedit *alicui c a p et* من *r* VI Inter se diviserunt *c a r et quidem* aequaliter *ut aquam*

حِذْيٌ Arbor

حِذَاء Vindemia (قِطَافٌ)

حُذَّا Pars praedae, quae alicui datur حذاك Prodi contra me

حِذَاءَ *pro* حِذْوَ Ex adverso

حِذْيَةٌ Segmentum rei oblongum, *vel* Parvum segmentum

حاءا حذيس Unus in alterius latere venerunt

حُذَانَةٌ Pars praedae, Donum evangelii (هَدِيَّةُ الْبِشَارَةِ)

حُذَّا *Id* هو حُذَّاكَ Ille e regione tibi est أَحَذَهُ بس للحذا وللحلسه Cepit illud neque datum neque raptum

حَذِيَةٌ Pars praedae, quae alicui datur, Donum

حُذْدُوَانٌ Columba silvestris

مِحْذَاءٌ Is qui homines proscidit, laeditque

حِر *et* حِرة (*ex* حَرَّ *ortum vult Djeuh.*) *Pl.* حِرَوْن Pudendum mulieris

حِرِيّ Id quod spectat ad حِر

حَرَّ *pro* حَرِرَ *F a n.a* حَرَار 1) Liber evasit e servo, talisve fuit, Nobili stirpe natus et ingenuus fuit, 2) حَرَّ *Praet.* حَرِرْتَ *et* حَرَرْتَ *F. a. i. o n a.* حَرّ, حُرُور *et* حَرَارَة Caluit, incaluit; ferbuit *dies*; 3) *n. a.* حَرّ Calefecit (*aquam*) *c. a. r.*; 4) *n. a.* حَرّ Sitivit; 5) Vehemens fuit (*pugna vel caedes*); 6) *F i* Coxit pulticulam حريرة appellatam. II Libertate donavit, manumisit; Devovit ac destinavit Deo eiusque cultui *c. a*; Pudice et honeste locutus fuit, Accurate inquisivit correcte scripsit, conscripsit, edidit (*librum*) *c. a.* IV Incaluit (*dies*) (*haec pro prima, ut Alcesar apud quosdam Arabum audivit*), Dedit alicui cibum calidum; Camelos habuit sitibundos *vir.* V Efferbuit, arsit, Liberatus fuit *ab aliqua re c* من *r* X Exarsit, Vehemens fuit (*pugna vel caedes*); Afflixit *c* ب *p.*

حَرِيّ *pro* حَرِيّ Pascens in حَرّ regione lapidosa *camelus*

حَرّ *Pl.* حُرُور, أَحْرَار Calor; 2) Vox qua increpatur camelus idem quod حَسّ in ovibus, 3) الحُرّان *sunt* Alhorrus eiusque frater Obaijus

حِر (*ex* حَرّ *ortum esse vult Djeuharius*) Pudendum mulieris (*pro* حِرّ). جُعَيْبِل حِرّ Avis quaedam.

حُرّ *Pl.* حِرَار, أَحْرَار Liber, non servus; ingenuus: verus, non spurius, ingenuis natus parentibus; Optimum *de omnibus rebus*, Equus nobilis; Factum pulchrum ما هذا مسك بحر Non hoc a te bene recteque factum, minus te decet; *et* Arenae expers *lutum*, lutt expers *arena*, *sc.* pura et vera, *uti ante*; *ita et* حر الرمل Purior arenae pars; Medium *arenae*, Molliores et recentes dactyli ex eorum specie, quibus nomen ازاذ est; Apparens pars *faciei.* حر الدار Medium domus. حر البطن Quod crudum editur olus; *tum et* حُرّ Cuius exterior aurium pars nigra est *equus*, Pullus columbae et dorcadis, foetusque serpentis, Accipiter; *et* Falco, *ita a Demirio explicatur*: Equus vetus, *sec. nonn* mas columbae, pullus accipitris et vulturis, *sec. al.* Avis parva venans, brevi cauda, magno capite et magnis armis, in medio capitis albicans, *sec. nonn* eius color paene viridis سَاق حُرّ Turtur mas. حُمَيْمِل حُرّ Avis quaedam.

حَارّ *F.* a Calens, calidus; Difficile, molestum (*opus*), Narium pili.

حَرَارَة Ingenuitas.

حِرَار Sitibundi.

حَرّة *Pl.* حَرّ, حِرَار, حُرُون, حَرَّات *et* أَحْرُون Terra seu regio petrosa; Locus lapidibus nigris, exesis et quasi igne adustis constans, Tuberculum parvum; Poena dolorem faciens, Obscuritas magna

حِرّة Sitis, *et quidem* vehementior; *hinc dicitur* رماه الله بالحِرّة تحت القِرّ Deus eum affligat siti vehementi die frigido (*quia hoc tempore sitis vehementior est*); *et* حِرّة على قِرّة Sitit die frigido (*in his vocalem Kesram tantummodo propter sequens* قرّة *positam esse statuunt*).

حُرّ *Fem. a* حُرّ *Pl* حَرَائِر Libera, pura, ingenua, nobilis; *et peculiariter* talis camela, *item* Terra libera nec tributo obnoxia; Pluviae abundans *nubes.* حرة الذفرى Locus pone lobum auris, in quo movetur mauris, *et* aures ipsae. لَيْلَة حُرّة Nox qua integram virginitatem servat sponsa (*in qua amittit*, *ea* لَيْلَة شَبَبَاء *dicitur*), *et quoque ut adiectivum* ليلة حرة *et* Prima nox mensis.

حُرُور Calor et acrimonia *cibi* (*Gol. ex Djeuh. in meo vero codice non legitur*).

حَرُور Ventus nocturnus calidus (*ut* سَمُوم diurnus); *subinde et* diurnus; Calor solis; Calor perpetuus; Ignis

حَرُور Calor.

حَرِير Calidus ira vel alio modo; *et* Sericum.

